



SECTIO SECUNDA DIÆTETICI POLY- HISTORICI, DE AERE.

Cap. I.

*Vnde vera
medicinae
scientia sit
haurienda.*



Rustra celebrium ac verorum Medicorum nomen sibi arrogant, qui in scriptis tantum Hippocratis & Galeni exercitatisimos & versatissimos sece opinantur: quasi cetera omnia, quæ in imensa Natura diffusa, nec hactenus cuivis obvia, investigatione digna non sint: credaturq; medicinæ caput, diligenter medicotus libros evolvisse. At cum medici sit naturæ commentarios & lucem intueri & sectari, juxtaq; eius leges ac methodum medicinam facere, frustra se medicū jaclitet, quicunque ab illius semita aberrarit. Etenim quo sum tot illa nobis produxit astra, sydera, planetas, mediocres minoresq; stellas, cum tot motibus, aspectibus, mutationibus, variisq; influxibus, corpori humano tam salutaribus, quam ad morbos gignendos efficacissimis: quorum cœli conversiones & aversiones, serenitates, procellarum turbas, si earum rerum cognitio, à medico solis chartis vel Hippocratis, vel Gale ni, seu aliorum affixæ, labore tam præclararū rerum

rerum detrectante, contemnatur? Nunquid ubiq;
ac paſsim, vel à medicaſtris vulgaribus, morbi
ſubinde varii, in humanum genus graſſantes non
obſervantur, & experientia comprobantur?

Omnitio harum rerum cognitionem callere,
nec immorari vanis humanarum opinionum
ballis, apprime medico & utile & necessarium eſt.

Quin & meteororum idem, ex frigidis & humi-
dis vaporibus procreatorum, qualia ſunt nubes, *Meteororum*
pluviae, nimbi, nives, gelū, & id genus alia, ratio-
nem adjunget, ne in eis hæſiter: nec non & eo-
rum, quæ ex ſiccis & calidis progignuntur, exha-
lationibus: quales ſunt coruſcationes, tonitrua,
fulgura, fulmina. Ex horum enim exacta cogni-
tione humani quoq; corporis frigida humida, ca-
lida ſicca, meteora notabit, & facile deprehendet
eorum veram originem, formationem, & diffe-
rentias. Inde cognoscet rheumata ſeu fluxiones,

*cognitio me-
dico neceſ-
ſaria.*

*Differentie
orum.*

tinnitus aurium, paralyses, apoplexias, in aërea
microcoſini regione: quæ veræ ſunt illius plu-
vias, venti, nubes, nives & gelū, vallis illis macro-
cosmi meteoris analogia omnino respondere. *Meteororum*
Quæq; ſunt in majore mundo meteora calida,
ut tonitrua, fulgura, varii cometæ, & id genus
alia, quæ nihil quam phrenitides, Epileptiæ, ver-
tigines, maniæ variæ minoris mundi censenda
ſunt.

*macrocoſ-
mi, cum ho-
mine mi-
crocoſmo*

*magnam
effeſia illi-
tudinem.*

Quod ſi aëris, & quæ ex eo aut in eo, cogni-
tione imbutum eſſe medicum oportet: non ſe-
gnius, quæ ex elemento aquæ producuntur, inve-
ſtigabit, & eorum effecta attentè perſcrutabitur,
ex quo totac tam varii fructus exoriuntur, ut
eorum

eorum necessariò virtutes ac proprietates, diligenter medicum, nequaquam latere possint. Sic tota terra illi intus, & in imo quām maximè per via & notissima esse debet: in qua tot ornamenti, tot flores, tot herbarum succi, tot radices, tot arborum diuersa genera, tot semina, tot animalia tot mineræ, tot metallicæ fodinæ, quas sīno suo fovet, ex elemento aquæ exceptas, & id genus innumeræ, crescent, quæ cum in usum hominis creata sint, sive ad vitam sustentandam, sive ad morbos propulsandos: quomodo quis medicum se profitebitur, quem tanta rerum seges & series subterfugiet?

Sed hoc argumentum fusiùs in hoc tractatulo persequar, qui decreverim per totum illud subiectum in libro meo de recondita natura, liberius expatiari.

*Peregrinatio medicorum ratione of-
ficii sui, in primis necessaria.* Porrò præter hanc generalem totius orbis cognitionem, singulas etiam mundi partes, sificeri posset, aut saltem varia illius climata pervergabat: ac in singulis, quæ rara sunt & notata digna observabit, memorisque mandabit, quæ maximè necessaria, præsertim in vegetabilibus, mineralibus, ac metallicis: prout in singulis singularis fructus ex proprietate regionis nascuntur: nec non quæ morborum genera in singulis singularia graffentur: quibusve remediis iis occurrentum. Quæ omnia non solis voluminibus, sed longis peregrinationibus: nec tam privatis collegiis, quām in castris & Nosocomiis potius discuntur.

Ad me-

Ad medicum etiam pertinet, observare situm *Quid medi- loci, num planus, num montosus, num palustris, cuius de loci num siccus: quibus ventis perfletur, quibus flu-* *conditione minibus, aut maritimis auris, quibus cœli influ-* *observe- xibus obnoxius: an arenosus, an lotosus: & id debeat.*
genus alia, quotidiana observatione, ab eius lo- ci medico discentur.

Perinde ut & aquarium, vinorum, aliorumq; fructuum natura: ratio victus incolarum, cum moribus, studiis, & id genus aliis.

Denique nihil non prætereundum, quod accuratissime non notet, nisi vanus & bullatus, bulla inanior & jejunior medicus haberi velit, quorum magna ubique turba. Hi falsò sese Hippocraticos & Galenicos esse jactitant, qui ~~per se~~ vix limen domesticum egressi, ut aliquid ex naturæ luce discerent, laborum impatiens, loquentiae librorum sese totos ultrò ad-dixerunt, & garrulitate potius, quam medicinæ veritate praxim suam absolvunt, & modò loculos suos impleant, mortuorum ægrorum loculos non horrent.

Galeni certè variæ peregrinationes, terra *Galeni na-* mariq; discendi causa suscepit, eos prorsus futi- *rie peregri-* litatis arguent. Celebris satis eius in investigan- do solertia, memorabile ab omnibus etiam rusti- cis & aniculis discendi stadium, quod tamen eius purpurati hoc seculo sua maiestate indignum ju- dicarent. At ne erremus,

Ipse etiam est olitor saxe opportuna locutus.

Saxe & in attrita latuit sapientia vestre.

Et rusticus nuper inglorius (ut paucis attingam)

K in cu-

in curanda vertigine contumacissima cuiusdam amplissimi & magni nominis viri, solo stercore pavonis plus præstitit, quām variae nostræ consultationes.

Et peregrinando sanè multa nobis observari, de quibus domi ociosi ne somniassetsemus quidem, tantum abest, ut in aliorum voluminibus ea reperirentur, nemo est, qui eat inticias: in morbis præsertim, quorum hac ætate novi subinde, Galenos & Hippocrati nunquam auditi. Exemplum

Sudor An-
glicus nova
morbis spe-
sies.

sit Sudor ille Anglicus sub Henrico V II. anno 1486. primum manifestus, cuius reliquæ quædam certis adhuc temporibus ibi efflorescant. Sudor hic tam funestus & lethalis fuit, repente invadens, cum gravissimo capitì ardore & ventriculi incendio: ut antequam à medicis investigando de eo aliquid conjiceretur, ægros anima exueret. Qui si ægros interdiu vestitos occupabat, vestimenta penitus abjicere: si in lecto quiescentes, strata omnia ob nimium æstum & sudorem cum inexhausta siti dejicere cogebat, nullo tamen frumento: si quidem suppresso venenato & evacuando sudore illo, mors certa subsecuta est in iis, qui non

Remedium
sudoris Ap-
gliei.

hic fuissent cautiiores. Remedium igitur inventum, ut qui interdiu corripiebantur mox ita ut induiti erant, lectum peterent: Qui verò noctu aut in stratis deprehensi, sine ullo motu (nullâ vel minimâ jactatione) ad vitandum frigus, quod sudorem sensi & leniter distillaturum impedit, lecto affixi perseverarent: donec sic sadando quiete, & 24. horis à cibo & potu omnino abstinentendo, pristinæ valetudini restituerentur.

Scor.

Scorbutum, eiusq; malignos à liene vapores, *Scorbutum*
unde ulcera oris & pedum cancerosa, gingivarum & eius syn-
putredo, dentium pernicies, non opus est incul-*ptomata*,
care: Cui specificum non autores & volumina
veterum, sed diligens investigatio, & experientia
subministravit remedium, ut libra una decoctionis
nis hordei, vini albi unc. viij. raphani agrestis mi-*Remedium*
nutum concili unc. ij. Cochlearia quæ Nasturtii *contra scor-*
est species M. iij. contusæ & expressæ sine co-*Cochlearia*
ctione, in succum quotidie manè & vesperi bi-*Nasturtii*
bendū concinnentur, præmissis purgationibus. *Species.*
De quibus plura apud Reußnerum.

Taceo colicam in Alfatia, Moravia, Tyrolensi *Colica in*
ducata frequentem ab acetosis spiritibus: quæ *Alfatia*,
remediis de promptis ex tractibus de tartaro à *Austria*;
Paracelso editis curari solent: nec non & aliis à *Ec.*
Schenckio in observationibus propositis.

Non inculco febrin Vngaricam ardente, cum
nigredine lingua, quod symptoma prunellam
vocabant, cui remedium ex sale nitro præparato cū
sulphure, *Sal prunelle* destinatum. *Sal* & *sulphur* *Febris Vn-*
incendium illad extinguit, quicquid interea mi-*garica, pru-*
rentur multi medici, qui hæc duo ex commoni & *nella vulgo*
trita sententia naturæ ignæ esse clamant, ideoq;*dicta.*
remedium aut mirantur, aut omnino abjiciunt, *Sal nitrum*
quod scilicet nihil simile Hippocratis aut Galeni *petre ex sul-*
suppediet solennis autoritas. Hi si in Vngariam *plur calida*
aliquando se contulissent, & illi ne naturæ libros
evolvissent, didicissentq; ex colloquis doctorum
virorum, quis, unde, & quomodo morbus ex sua
natura esset curandus: jam pridem mirari desine-
rent: Sed bene est: Admiracionis mater ignoran-
tia.

Plica Polon-
ica.

Plica quoque novum morbi genus Polonis familiare: est morbus contagiosus, cui venereæ affinis, cuius signum pathognomonicum est pilorum contorsio, & complicatio capillorum: adsunt & quædam variolæ, & alia symptomata lueæ venereæ simulantia, quæ tam sèvè vi- gent, ut vel diæteticis remediis, vel unctio- bus Mercurii, alijsque vulgaribus subsidiis vix curari possint: sed solùm quibusdam particulari- bus alexipharmacis: de quo uberrimè Hercules Saxonia.

Scrophulis
Hispani-
obnoxii.
Alijsq; alij
plures.

Scrophulis Hispanos obnoxios videbit, qui eos adierit: Qui Ferrariam, ibi tibiarum ulce- ra curatura difficultima: Patavii innumeros repe- riet cæcos. In Gallia Narbonensi vulnera capitisi ægræ sanabilia: Maltæ omnia ferè, vel minima etiam lethalia. Prope Narbonam anthraces esse admodum frequentes ac familiares: ut & apud Sabaudos Tarentenses & Morianenses monta- nosq; in illa plaga, tumores illos gutturis im- menfos, bronchocelen. In Carinthia plures si- mul, nec unam tantum strumam frequenter sub mento, & foeminae quam viri frequentius, ge- stant. Imò ipsi quoque equi ab aquis eius strumo- si fiunt. In eadem etiam videoas plurimos ipso ortu & nativitate fatuos, & mentis omnino im- potes.

At unde Medicus ratiocinetur hanc vel illam regionem id genus morbis vexari, eorumque causas afferat, cui natura loci, hoc est, terrarum, fructuum, aquarum & similiuin ignota? Vnde bronchocelen Sabaudorum oriri affirmaverit, si aquas

aquas non habuerit perspicuas: quæ cum ut pluri-
num ex nivibus perturbentur, aut seateant, nil
mirum, si gutturosū illum tumorem, foeminas
præsentim excitent abitemis, quām viris vino
potius, quām aqua utentibus. Remedium igitur
ad præservationem huius mali est, aut abstinere
à potu, aut solo uti vino. At tumor deformis, si
guttur jam invaserit, ut sensim tabescat & absu-
matur, frustrè incidentia & resolventia admo-
veantur auxilia: peregrinatione ab ipsa gente
tanquam domesticum discitur medicamentum,
ut scilicet spongia marina, vel ex paliuris nata, Remedium
accipiatur, ea in cinerem redigatur, qui quidem *specificum*
cinis in lagena vini albi plena macerandus re- *contra bron-*
ponatur, de quo à plenilunio ad novilunium *choelem.*

unc. iiiij. aut duæ propinentur, ut sic sensim tu-
mor iste contabescat, dum prorsus fuerit ab-
sumptus.
In Galliæ nostræ tractu Limoxensi, cum ante *Colici dol-*
triennium colicos dolores & contracturas fre- *res Limo-*
quentissimas observasse, examinato diligen- *xensibus*
tius loci illius cœlo ac solo, nullas ibi ferē alias familiares,
arbores, quām castaneas observavi, arva filici-
bus obsita. Felix autem acutissimum salem alcali
continet, ex cuius cineribus vitrum fit. Alimen-
tis igitur, quæ hoc sale abundant, causam morbi
adscribendam facile liquet. Eodem fundamento,
morbo remedia opposita, abstinentia, cibo-
rumq; consuetorum, imò si opus sit, etiam loci
mutatio.

In Misnia Germaniæ provincia similes quoq; *Contractu-*
contracturæ, quarum causam vino alii, alii etiam re in Misnia

K 3 aquæ,

aqua, ex qua cerevisia conficitur, imputant. A
sale in iis contento haec oria quis dubitet?

Sed ad excutiendam veteranorum socordiam
haec sufficiant. Meliora enim speramus de junio-
rum ingeniosis docilibus, quam de tritis illis & ri-
gidis errorum mancipiis. Frangas citius hic ali-
quid, quam corrigas.

Hæc igitur accuratè à vero medico observan-
da sunt, si in officio bona fide & fideliter versari
velit, per a granda illi sunt maria, & variae regio-
nes, si quid certi, rati & præclarri in rerum natura
cognoscere, & tutò medicari cupiat.

*De mirabi-
li potestate
antri cuius-
dā & lacu-
ssi vicini.*

Qui Româ Neapolim iter confecerunt, duo
quædam admiratione digna observare potue-
runt, quæ hoc referre non abs re fuerit. Alterum
est ad oppidulum Puteoli dictum: ubi duo aut
tria circiter millaria trans Neapolim, Siciliam
versus, occurrit antrum parvo lacui vicinum:
ex quo exhalatusque adeo perniciosus ac ve-
nenosus vapor, ut si vel in limen ipsius aliquod ani-
mal intrudatur, statim suffocetur & pereat: nul-
laque vitae spes relinquatur, nisi promptè in la-
cum proximum immergatur, unde respiret. Im-
mersum enim illuc statim ad se reddit, alioqui
mox peritur, ut multis experimentis in sex-
centis ac mille servis, aliquæ capite damnatis
facta est fides: nec aliud vitre subsidium aliundè
sperari potest, quam ex ipso lacu: si quidem qui
ex antro educiti in lacum demergebantur, con-
festim resurgebant: Quibus vero hoc auxilium
denegabatur, illis esset prorsus intereundum,
alique adeo sagax natura suis alumnis prospicit
ut ubi,

ut ubi causa aliqua morbi aut mortis, ibidem
quoq; remedium domesticum & familiare sem-
per, modo illud noris, reperire possis; Ea ipsa,
quæ nobis thoracem exhibuit, antithoracem etiam
illius remedium suggesit.

Alterum est, quod à mense Junio, ad exitum
usque aestatis, imo etiam ad bonam autumni
partem, æstu non amplius urgente, sed & plu-
viarum copia prius contemporato, nemo ho-
minum ausit etira vitæ dispendium Româ Nea-
polim proficisci: unde etiam omnibus tum
temporis via illa interdicta, ne quis sponte,
vel inscius pereat: feliciter quidem succedit iter;
si trans Neapolim, Siciliam aut Miltem etiam
versus iter protrahitur. At mox aut cum aliqua
mora Romanum reddituro, nulla vitæ prorsus fer-
vanda spes affulget, rarique periculum hoc ten-
tantes, mortis discrimen effugiunt. Inter alia
mala viatores febri ardentissima, caput potissi-
mum infestante ac contorquente, cum vehemen-
tissimo incendio infestantur, succendentibus sa-
vissimis deliriis. Quorum remedium tanquam
præsentissimum, exiguae tamen spei hoc ægris
offertur, ut nempe, caput eorum crebris incisa-
ris scalpatur, cauteriis, iisq; tum potentialibus,
rum actualibus aperiatur, omnibusque rationib-
us cutis, ad vapores illos ardentes & incensos
e capite exhalatione dissipando pateat. Sed fru-
strâ ferè semper omnia: cum vix unus aut alter
ex centum aliis, ne sic quidem periculo eripi pos-
sit, quin omnes miserè vitam finiant. Hoc peri-
culum complures nobiles Galli amplissimarum

familiarum, Italiam lustrantes, dum pertinaciores, ac parum consiliis seniorum amicorum obtemperates, tentare ausi essent, noctis frigiditati fidentes, quam ad iter faciendum potius, quam diem eligeant, ut temperatiorem & minus noxiuam aërem experientur: dum aspernati omne consilium, sese Româ Neapolim in viam dederunt: & ea lustrata redditum Romanum aggressi, vitæ suæ dispendio experti sunt, quam parum tam fuerit pertinaciæ indulgere. Idem passi sunt non ita pridem etiam huius urbis generosi quidam juvenes cum satellitibus & servis. Hinc quam necessarium sit, medico, rerum experientias callere, regiones perlustrare, & observationibus seriis diligenter incumbere, elucescit. Causa autem tam præcipitis & necessariò succedentis interitus subitæ aëris mutationi adscribitur. Cum enim Romanus aër crassior sit: Neapolitanus vero subtilior; si à tenui & subtili aëre in crassum revolvimur, facile corpus nostrum offenditur: patentibus enim tunc omnibus corporis meatibus, per quos crassior aëris ingreditur, fit reverberatio quædam incensorum spirituum intra caput compulorum, qui exagitati crassos illos vapores tandem inflammant ac incendium augent. At à crasso in subtilem progressus, crassitudinem densioris aëris corrigit, efficitq; ne noceat, nisi fortè maligna quadam syderum qualitate, uterq; aër pugnet, fortiorque victoriâ potiatur.

Ille igitur medicus, qui ipsis oculis ista videbit, de iis cum doctis regni viris communicabit,

& ra-

& rationes illorum audierit: nunquid longè eruditior revertetur, & peritior illis, qui ex librorum commentariis historiam tantum legerint, aut eandem ex relatione aliorum exhauserint? Vnde causas tam stupendarum rerum ex libris ceteri educant, quarum veritatem solis ~~aut non laus~~ licet certissimam deprehendere.

D E A E R E.

Cap. II.

NON alienum est à ratione, inter sex illas res non naturales, aërem à medicis primo loco recenseri, ut qui sit inter omnia summè ad vitæ humanæ conservationem necessarius, cuiusque perpetua inspiratione, ne ad momentum quidem carere possumus.

Vt autem aër est tenuis & spiritalis vapor, sic variis mutationibus sua mobilitate & instabilitate obnoxius est, siquidem modò has, modo illas *Aer spiritalis subiectus est variabilis subiectus est varia qualitates facilè excipit, ut ex calido repente frigori mutatur.* ex frigido promptè etiam recalescat, ex humido siccescat, ex secco humescat, prout ab elementis, celo, terraque, variè in ipsum agentibus, exercetur. Hunc cum assidue hauriamus, fit ut temperamentum nostrum variè immutetur secundùm varias eius qualitates. Hoc ipsum est, quod docent Aëtius & Aegineta in hæc verba: *Verum ambiens nos aër, temperamenta mutant atque perver-*

K S

,, pervertit ; dum aut immodec calidior, aut frigidior,
 , aut siccior, aut humidior evadit. Nam reliquis
 , causis non omnes simul obnoxij sumus, nego per to-
 , tum diem occursamur: aer autem nos ambens formi-
 , secus omnibus nobis circumfatus est, & per inspira-
 , tionem trahitur. Necesse igitur, ut ad mutationes
 , eius, iuxta temperamentum ipsius coafficiantur etiam
 , animalium corpora &c. Nec difficile est diver-
 , varia cor-
 , poris dispo-
 , sitio pendet
 , ab aeru 24-
 , mutationibus.
 quatuor anni tempora, prout cursus solis, aut
 syderum influxus eum exceperit, mutari solet.
 Verno enim tempore, cum Sol ad naturam aë-
 ris accedat calidam & humidam mediocriter, be-
 nè temperatur omnia ab optimè temperato.
 Aëtivis verò diebus cum acrius ex sole incal-
 scit, ardenter etiam & siccior, quam bona ferat
 temperies, evadit: Sic autumno frigidior & sic-
 cior est quam fert eius natura: hyeme verò to-
 tus refrigerat & humescit.

Diversa lu- Nec verò Sol ipse in eum vires exercet, sed
na proprie- Luna quoque proprietates omnes suas, easque
tates iuxta varias imprimunt, iuxta quaternam illam formam,
quatuor ip- quam crelendo & decrescendo assumit: ita ut
suis septen- in quovis quaternione sui cursus, quatuor modis
rios. aërem etiam diversimodè afficiat, ut scribit Ga-
teir. 1. serm. lenus, & post eum Aëtius. Primus enim septena-
l. cap. 162. rijs à novilunio usque ad septimum diem similis
 est veri, calidus & humidus: secundus verò se-
 ptenarius usque ad plenilunium, aestati: tertius
 septenarius decrescente luna, Autumno: Quar-
 tus & ultimus, hyemi.

At

At eiusmodi mutationes non tantum in singulari quatuor anni vel mensis temporum quaternionibus, juxta solares & lunares periodos agnoscuntur: verum etiam singulis diebus quadripartite etiam diuinis observantur, ut iidem authores scriplerunt: siquidem cum matutinum tempus calidum sit & humidum, respondet veri: idcirco corpora etiam tunc sanorum, tunc ægrotorum melius habent, & febrentibus hoc tempus benignius. Medium diei æstati confertur, ut cœpulum autumno, & vespera hyemi.

Quin & in ipsa nocte, quatuor ista discrimina notantur, primaque illius pars Veri, secunda Æstati: tertia Autumno, & quarta hyemi assimilari potest. Vnde medicis de morbis judican-
di magna occasio.

Quin & ulterius progrediendum est: siqui-
dem ortus & occasus quorundam syderum ac stiorum &
stellarum, cum heliacè oriuntur, vel chronice stellarum.
occidunt, iuxta præscriptam ipsis à Creatore le-
gem, magnas pariter subitasque mutationes in-
ducunt: quibus aer afficitur, ut contingat etiam
ventos inde, contra naturam suam, varias alte-
rationes subire, aliter quam pro more spirare:
ac præternaturales qualitates inferre. Nonne id
magni interest observari à medico & studiosè
disci? cum sanorum corpora, multoq[ue] magis
ægrotorum, juxta aëris statum alterentur, ut su-
prā diximus. Atque hinc liquet, celi, hoc est, a-
strologiae cognitionem, usque adeò necessariam
esse medico, ut eius ignarus medici nomine sit
planè indignus.

*Astrono-
mia medico
necessaria.*

Et ut

Et ut potissima attingam, exempli loco h̄c astrorum præcipuorum effectus proponam: cum hæc contemplatio etiam vulgo, nautis, ipsisque quoque agricolis, ut medicos non attingam amplius, solennis sit & frequentissima.

*Varii astro-
rum effectus* Constat enim circa 21. aut 22. Martij diem, quo tempore Sol arietem ingreditur, & Pegasus est in inferiora, quous manè exoritur, existente tum verno æquinoctio, magnas mutationes in aëre, & perturbationes, incalente tum aëre, fieri, unde tellus antea sterilis imprægnatur, sinus suos referat, succos exprimit, & germina quæque cum floribus explicat: ut longè quid dissimile à priorre aëre, magna cum voluptate intueri liceat. Nec minus alterationem istam aëris persentit aqua, ex coniunctione & conursu stellarum & astrorum: siquidem maria tum temporis magis turgent, quin & vina syderum vires experiantur, dum dolis suis inclusa infervescent, turbantur, nec non etiam vappelunt, & aliquando corruptuntur. Non dubium est igitur, etiam corporis nostri perinde commoveri humores, & unâ plurimos morbos inde procreari.

*Proprietates
Pleiadiæ.* A 18. 19. & 20. die mensis Aprilis, atque aliæ Pleiadiæ, quot post diebus, Pleiades ad tauri oculum sitæ, exoriantur cum Sole: quæ cum sydus sint frigidum, usque adeo calorem Solis illico coercent & refrigerant, ut longè frigidior aër reddatur, quam mense Martio: tunc temporis certi quidam dies dicuntur vulgari proverbio, vindemiatores, qui vindemias anni, tunc temporis expediāt, quos vocant Georgetum, Marquetum, & Creuseum

tum

tum, quod scilicet tunc temporis nonnunquam
vitium germina congelarint, & omnem avarū
suo tempore colligendarum spe in præciderint.

Vigesimo octavo eiusdem mensis, Orion cum Sole aut prope in nodum æquum citè occidit: hyades vero circa primum Maij heliacè oriuntur: quæ quidem sydera nihil præter tempestates, pluvias & magnas id genus mutationes, cum prope Solem consistunt, minantur & suscitant. Hinc aëris rigores & congelationes, hybernis æquales mente Maio sëpe deprehenduntur.

Septimo Maij Pleiades incipiunt manè exurgere, à quibus Sol recedere indicatur, paulatim Tauri domum deserens, ut ad Geminos transeat Amyclæos: quo tempore aer temperari incipit omnisq; tollitur vehementioris frigoris metus.

Ad sextum Iunij statim post occasum Solis Arcturus occidit: nono vero die Delphinus ante Solis exortum emergit: tertioq; aut quarto & vicesimo Orion pariter manè oriri incipit, quo tempore Sol cancerum ingreditur, Solstictumq; æstivum fit, ubi per aliquot ante & post dies, aëris mutationes in miras alterationes subit, quibus idcirco corpora nostra acutis & periculis morbis afficiuntur.

Tertio Iulij die, totum Orionis astrum ad Orientem conspicitur, cuius præter tres illas stellas insigniores & primæ magnitudinis, eundem ordinem retinentes, quas idcirco Galli lituum aut Musicam fistulam vocant: nec non & reges tres illos Orientis, seu Magos, triginta & quinque alia tunc secundæ, tunc tertiae in magnitudinis existant, quæ non ita citè nec æquo gressu apparent, quod

Proprietates Orionis,

Glyadum,

in ipsorum

coniunctione-

ne.

Mutatio

temporis in

Solsticio eti-

siro.

quod aliæ alii longius distent. Vnde diximus supra 24. Iunij Orionem illum cœpisse manè: tertio vero Iuli totum & integrum exoriri.

*Canicula
durus.*

Decimo quarto eiusdem mensis Procyon aut canicula manè exoritur. 19. Canis, stella ardens & ignea manè quoque surgere incipit, cum Sol Leonem ingressurus est, quæ est dominus exaltationis Solis, qui ad canem accedens ab eo ardenter irradiat: totusque aer inde acerius incenditur: unde tum temporis insignes quoque aeris mutationes & perturbationes maximæ excitantur: atque hi dicuntur caniculares dies, qui corpora nostra valde incendunt, ut non immerito præceperit venerandus Hippocrates, ante canem, & post canem difficiles esse medicationes.

Observatio de canicula seu digna. Observavimus ante aliquot annos, nec ita pridem, dies istos caniculares, non ita fuisse in Gallia impensè calidos, quod ex Planeta Saturni accidisse certum est: qui cum cursum & sphæram suam non nisi triginta annis absolvat, tunc temporis in signo Leonis & virginis divertebar, cuius frigore Solis & canicula ardor temperabatur. Hinc sit ut verum sit, quod vulgo dicitur, nullam esse regulam, quæ exceptionem aliquam non admittat. Nec inferendum est, et si Saturnus a nobis recedat, futuros tamen posthac ardentissimos caniculares dies: aliter enim ex diversis Planetarum aspectibus & stellis hyemalibus, quæ tum temporis etiam vigere possunt, absente etiam Saturni Planeta contingere potest: ad quod advertere debet animatum medieus.

De-

Decimo septimo Septembbris Arcturus exo- *Arcturus*
titur, qui ortu suo magnas turbas & mutationes *aeris turbat.*
excitat in aere.

Decimo nono assurgit spica manè pariter:
quæ aërem paulò ante & post exortum per ali-
quot dies exagitat quoque & perturbat: ilicò
post, Sol libram ingreditur; ubi Äquinotium
fit autunnale: quo etiam tempore magnæ aeris
turbæ & commotiones suscitantur: nec non a-
quæ & terræ simile quid patiuntur, quemadmo-
dum verno Äquinotio, ut suprà docuimus, af-
fici solent: Vnde & tum temporis corpora no-
stra variis morbis ex humorum perturbatione
laceantur. Eam ob causam cavendum, ut mo- *Pericula-*
nebat Aetius, ne venam sece-nus, neque pur- *sum, media-*
gemus, neque aliàs corpus vehementi motu ex- *cari sub Ä-*
erceamus à decima quinta Septembbris usque ad *Äquinotio*
vigesimal quartam eiusdem mensis. *verno.*

Vigesimo tertio Octobris, quo tempore Sol
oritur, Pleiades eodem occidunt: quo momen-
to magna aëris perturbatio.

Circa finem Octobris & Novembbris initium *Orionis pro-*
perspicitur Orion vesperi, in oriente exurgere, *prietates:*
cum Sol occidit & adhuc moratur in Scorpione,
Orionis capitali hoste: Vnde magnæ tempesta-
tes in aere, qui variis turbinibus & horrendis
procellis exagitatur. Cuius rei memini quarto
mei magni mundi speculi libro: Vbi cum de cœ-
lo tractarem, varias astrorum influentias, & di-
versos eorum effectus descripsi: inter quæ hæc
sunt, quæ de Orione cecini:

Venus

Vous qui les vents esmeus oyez, boursouffler d'ire
 Asprement tempester, fiffier, gronder, & bruire,
 Accusez Orion ce chasseur nuageux,
 Aquatique, cruel, pasle, triste, orageux,
 La terreur des Nochers, qui craignas le naufrage,
 Anchrent leur nef au port de quelque seur riage.
 Soudain que de leur oïl ils vont appercevant,
 Que cet astre reluit en Octobre au Levant.
 Que d'un traistre ennemy le venin il evite,
 Quand recors de sa mort il s'en rend opposit. &c.

Temporis Primo Decembri canis occidit matutinis horis,
 observatio quæ dies, ut scribit Aetius lib. & cap. jam citatis,
 a stellis pe- si tempestuosa (ut à multis observatum est) per-
 sista. severat, plerumq; aëris turbatio ad dies 37. Si ve-
 rò serena fuerit, per totidem dies serenitatem
 promittit.

Caper aut Capra manè etiam occidit, aliquot
 diebus ante hybernum Solstium: quo tempo-
 re Sol ad Capricornum divertit, hyemsq; gla-
 cies suas in regione aëris inchoat: unde corpo-
 ra nostra rheumatis & defluxionibus opportuna
 fiunt, scribit Ägineta lib. i. de remed. cap. 100.
 „ Solstium hybernum, inquit, auget in humoribus de-
 „ fluxionem ac humiditatem usq; ad æquinoctium ver-
 „ num.

Has si tempestates in aëre, & in corporibus no-
 stris commovent eiusmodi sydera: quid de utro-
 que illo magno luminari dicemus, quorum effe-
 ctus tam dilucidè nobis, revolutione, motu,
 cursu & recursu, varias ac insignes aëris mutatio-
 nes inducentibus patefiunt? Cùm enim Sol an-
 Solis vix & novo suo curriculo, quatuor tempora constituant,
 efficacia. vires

vires suas apertè testatur, & rerum omnium ortus, incrementa, statum & earundem decrementum ac interitum tandem efficit.

Siquidem à nobis eo recedente conglaciatur aér, nigescent omnia, frigore constringuntur meas-
tus, calor vitalis prorsus suffocatur: plantæ are-
scunt & virore suo spoliantur, arbores ipsæ quoq;
fructuum steriles veluti moribundæ languescunt.
Tunc præsens rebus ferè cunctis incumbit inter-
itus: quod humore destitutæ caloreq; privatæ,
& subinde frigore nimio exsiccatæ, virtute radi-
cali & humiditate prorsus exhaustantur.

Eodem ad nos redeunte & domicilium Arie-
tis ingresso, incipit frigus illud mitescere, tepi-
disq; eius radiis ac summè vitalibus aér ac terra
recreatur: quæ sensim incalescens & sinum suū
referans, humorē radicalem in animantes om-
nes dispergit, quo eadem revirescunt, repulla-
lant, nec non tandem fructus ad maguritatē per-
ducant: prout ea, variis naturæ ignis gradibus,
à magno illo luminari irradiata promovetur &
ad operandum excitatur: qui ignes ut diversis
illis anni temporibus, verno scilicet, æltivo &
autumnali variantur: sic varia producuntur fru-
ctuum genera. Nec tantum istius luminaris effe-
ctus & vires in plantis conspicue sunt: sed in a-
nimab; etiam omnibus, præcipueq; in homine
elucescent. Nam, scribit Actuarius, Nostrum o-
mnem in imo sibi familiari cognatoq; delitescentem ..
loco, calorem ad cutem prolicit: atq; ob eiusmodi im- ..
petum ex insidente etiam materia, multa variaq; cir- ..
carotius corporis summam cutem iam efflorescent: ..
quippe

*Vnde plan-
tarum & ar-
borum mors.*

quippe exanthemata papulaq; ac sudamina seu sudores erumpunt. Quemadmodum enim terra toto Vere amori indulgere videtur, quo incipit fœtus suos, id est germina eisformare, fovere & excludere: Sic animalia ad eam temporis mutationem, tota amoribus & libidine rapiantur: tunc aviculæ ovis incubant; omniaq; speciei sibi simili producendæ incumbunt. Naturalis quoque noster calor; antea int̄ro à frigore compellus, incipit per totum corpus liberè expatiari, & membra nostra sensim concalfacere, unde tandem sangvis noster fervere & turbari, ut vina in cellis excandescent cernuntur. Hinc variae papulae, pruritus, scabies & sudamina circa corporis summam cutem efflorescant, hinc varia exanthemata erumpunt. Hinc præ nimia sanguinis aliorumq; humorum commotione paroxysmi morborum à parentibus contractorum, ut arthriticorum, & id genus aliorum, alioqui delitescentes & quieti, excitantur.

Atque haec sunt ingentes & admirandæ aspectuum diversorum summi illius luminaris in omnia naturalia virtutes, quibus permotus Astruarius, libro & capite iam citatis addidit, quæ sequuntur: Porro iam pridem tum animalium, tum plantarum essentia marcore tabuisset, nisi denirandas has anni tempestatum mutationes, sol esset molitus. Nunc verò cum alia alijs prepareret & dispensaret, rerum ortus interitus opifici ceu instrumentum est effectus. Terra enim, mare, omniaque eius facultate referta sunt: adeò Sol in omnibus, qua mutantur corporibus, mirandum est opifici instrumentum. Adhac Luna

Luna suis incrementis, decrementisque tempestatum
vici studines imitatur.

Huius autem secundi laminaris, utpote terræ
citimi, vires & effectus usq; adeo omnibus patet,
ut plura de his dicere hic supervacaneum videa-
tur. Hoc tamen possimus addere, quatuor eius
periodorum septeniarias mutationes, non parum
ad dierum decretoriorum cognitionem confer-
re: Quod à medico cognosci, & optimè intelligi
summe necessarium est. Sed huius retractatio
alium locum sibi opportuniorem postulat.

Coronidis loco addere lubet hoc de aere pe-
stilenti & venenato paucula, doctis notiora, vul-
go tamen, cui non minus hoc scripto prodesse vo-
luimus, ignota & rariora. De quo argumento sic
olim Aëtius: De popularibus & paßim vagantibus Tetr. 2.
ac pestilentibus morbis: sed & regionis natura saepe sect. 1.e. 49.
communes morbos invexit, aere quem inspiramus à
putredinosa evaporatione inquinato: causa verò talis
putredinosa evaporationis, aut moriorum multitudine
est, velut in bello contingere solet: aut stagna, aut ba-
rathrum aliquod profundum, aut paludes quedam in
propinquuo, qua venenosam ac pravam exhalationem
emitant.

Sie Aegineta lib. 2. de re med. cap. 3. de popu-
laribus morbis inscripto, eadem propè docuit his
verbis: Sed & locorum nature communes, inquit, ::
morbos saepe invexerunt, quandoq; palustrum. quan- ::
doq; barathrum vicinum habentum, quod exhalatio- ::
nem venenosam ac pravam emittit. Atq; hec frequen- ::
ter contingere solent. Verum ambiens nos aer mutat ::
temperamenta sive immoderatae calidior, sive frigidior, ::
aut siccior, aut humidior fiat.

D E



DE VENTIS.

Cap. III.

DE insignibus ventorum mutationibus jam tractatum est: postulat argumenti series, proinde de variis aëris qualitatibus aliquid nobis dicendum. *Definitio venti.* Venus enim aliud nihil est, quam aer in aliquam partem fluens, aut aeris commotio, vi sese quadam insinuans, & quo collineat, recta tendens: Aut cursus aëris paulò vehementior solito. Aer enim fluit quidem & movetur: sed quām levissimè & subtilissimè, ut sensum omnem fugiat. At ventus fatus est vehementior. Hinc disci potest discrimen inter aërem & ventum, ut scribit Seneca, apud quem, quæ sit ventorum materia, quæ caula eorum præcipua, alia quæ multa huius argumenti præclarissima legi possunt, quod idcirco lectorem relego, ne videar prolixior. Hoc ergo solum in medium afferam, ventorum inde magnam nasci pugnam atque commotionem, quando vapores tenuiores, qui è terra exurgunt, & ad frigidam illam ac glaciam regionem attolluntur, progredi ulterius nequeunt, sed remeare coguntur, ubi in recessu sulphureis quibusdam exhalationibus aer undequaque constringitur ac comprimitur, liberumque exitum, captivitatis impatiens querit, regrediendo cum impetu, omnia confringit & disjicit magnaque vi conspirat, ut ex angustiis istis

istis emergat. Inde sit, ut ventus oriatur pro materia copia & moderatione, modo lenis, modo vehemens, modo magnis boatibus aërem replens, modo blandius spirans. Eiusmodi effectus indicat aqua globulo ferreo vel æneo inclusa, qui foramen seu tubulum admodum angustum habeat, aciculis ligulae non dissimilem, nec ampliorem. Is, inquam, globus, si variis ignibus admovetur, qui aquam expirare cogant, quæ tamen liberè ob foraminis angustiam exhalare nequeat: videre licet quanto strepitu ventum globus ille producat, ut huiusmodi instrumentum flabellum aque inde à Philosophis vocatum sit, quod etiam sua fatus violentia, vim idoneam habeat metallum liquandi. Qui huius demonstrationis sedulò expendendæ fuerit studiosus, illius indicio facile ventorum origines sive lenium, sive violentorum percipiet. Quod jam antea pridem, abunde in 3. magni mei speculi mundi libro pertractavi, ubi fusæ de natura, differentiis, causis tum materialibus, tum formalibus ventorum differui: nec non de eorum sita, nominibus, numero, tum ex antiquorum, tum recentiorum sententia.

Idcirco h̄c tantum repetam nomina, numerum, & situm eorum: quorum cognitio appri-
Numerus, et
mè utilis & necessaria medico est, ob varias mu-
situs vento-
rationes, motus & affectiones, quas singuli ex rum.
sua proprietate, certis temporibus in corpori-
bus nostris excitant.

Motum autem suum venti inchoant à superio-
ribus aëris partibus, obliquumq; eum habent, ad

L 3 latera

Vnde ven-
tus oriatur.

Vulgare ex-
emplū, quo
venti gene-
ratio demon-
stratur.
Flabellum
aque.

latera scilicet & partes sibi oppositas spirando. Eandem illi originem, naturam & qualitatem obtinent: at quæ ex variis locis ubi nascuntur, aut per quæ transpirant, novas proprietates &

Auster, un. mutationes acquirunt. Auster in Lybia calidus de humiditate est & siccus: at cum per mare transit mediterraneum, magnam ex eo humiditatem contrahit, acquirat.

Boreas un. putridus & corruptus, qualis in Gallia Narbonensi deprehenditur. Boreas maximam suæ frigidiæ greditatis partem ex nivibus & rigoribus Scythiae, per quam transit, contrahit. Atque sic de aliis.

Car venti Communes aut quotidiani venti, frequenter tuis vere & autumno spirant, quam æstate & spirent Vero & Autumno quam reliquis annis temporibus. res vapores & exhalationes in aere generentur: quæ æstate, Solis ardore, statim absumentur: hyeme vero in penetralibus terræ ventos procreari, horum rationes & causas videbis apud Senecam.

Quod ad numerum, nomina, & situm, ventorum, quatuor sunt precipui, qui cardinales vocantur, quorum sedes sunt orientalis plaga, occidentalis, meridionalis, & septentrionalis, qui singuli ad unumquodque latus singulos alios habent ventos collaterales, unde numerus confurgit duodecim ventorum.

Nomina ventorum. Praepiuus orientalis plaga ventus Subsolanus dicitur: à nautis Est vocatur: qui rectâ sub Äquatore spirat versus auroram. Eurus qui nauis SubEst dicitur, illi adstat à parte Solstitii hiberni:

berni : Cœcias verò dictus NordEst à parte ea cœli, ubi in longissimis diebus Sol ortum suum habet, quod Solstitium æstivum est. Inter illos Subsolanus omnium saluberimus est & temperatissimus, in quam partem spectare deberent ædificiorum fenestræ. Eurus, alter eius collateranorum, cum strepitu & vehementia spirat, multasque densas & aquosas caligines suscitat. Cœcias verò seu NordEst alter collateranus, instabilis est, & inconstans, ac prope modum semper nubilus.

Qui verò ventus ex diametro Subsolano opponitur, Favonius est, Græcis Zephyrus, & nautis Sou Est qui occidentalis est ventus, Gallis Ponant dictus, blandus ac lenis frugumq; nutritor, quod sub eodem Äquatore perlpirat ab occidentali plaga, cuius ex sociis unus à parte solstitii æstivi, Corus vocatur, vel NordEst nautis, qui plerunque nobis grandines suscitat ac nubibus orientem caligat : Qui verò à parte est hiberni solstitii vocatur Lybs, aut nautis SouEst, qui Austri vicini sui naturam participat. Qui quidem Auster aut Notus, nautis Su, recta linea à meridionali parte spirat ad axem seu polum Antärcticum. Comes illi à parte orientis astans, EuroAuster dicitur. Qui verò ab occidente eum stipat AusterAphricus. Hi omnes venti, calidi humidi, pluviosi & procellosi sunt.

Qui huic Austro meridionali vento è directo opponitur, Boreas dicitur, Gallis Byze, Tramontanus aut Nord nautis : ventus utiq; frigidus & siccus, nubesque fugans, solemq; reducens, ut

canebat Virgilius: comitem habet ab orientali parte Circium: ab occidentali verò Aquilonem, ventum sanè violentum, rigidum & asperum, ac omnium vehementissimum.

Observatio Ceterum hic notandum est, ventos, qui è dire de ventis si- recto inter se opponuntur, ut austro & boreas, mul spiran- subsolanus & favonius: nunquam eodem tem- tibus.

tempore simul sub eodem spirare horizonte: at qui obliquè sese intuentur, simul conspirant ut plurimum: ac quo obliquiores sunt, eo majores concitant tempestates.

Quae venti Inter eos, Orientales, ut diximus, aliis sunt salubriores: secundum locum obtinent septen- trionales: tertio salubritatis loco censentur occidentales: At australes & meridionales sanitati corporis humani sunt infestissimi. In hoc ar- gumentum consuli potest, quod scribit Aristoteles lib. 2. meteor. cap. 5. & 6. Item Plinius lib. 2. cap. 22. In ventorum autem virtutibus ac effi- citis licet seriò Divinam providentiam deimirar,

De usu & quæ ob diversas rationes utiles & necessaria- utilitate sic de illis constituit, ut in aëre varias ac diver- renterum. fissimas operationes exercent, modò aërem netorpeat & putrescat otio, commoventes & exigitantes, ut quicquid putredinis habet, sic perdatu excutiant: quo animantibus omnibus reddatur utilior: modò cœli terraque temperie foentes, qua interdum nimius Solis ardor refrigeretur, ne quæ ab eo reguntur rerum semina, oblædantur, & vitali suo humore exsiccentur. Interdum verò venti præstant, ut calidior aëris non mediocri cum commodo frigidiusculus red-

reddatur, & hoc auxilio terræ producta maturescant, & ad justam perfectionem promoveantur. Calidiore enim aëre opportunè redditio & ventis idoneis agitato, radicum succi ad fructus suos pertrahuntur, frigorisque meatus terræ constringentis vis infringitur, ne quod amplius ad fructuū plenam maturationem impedimentum accedere possit. Interdum illorum flatibus terra humectatur, unde capit alimentum, quod pluviis fit hic illuc cadentibus. Solent enim agitatione sua venti pluvios nimbos huc & illic dispergere, ne quid in terra coeli benignitate destituatur. Aquilo nubes à septentrione fugat ad meridiem: Auster meridionalis ad Septentrionem. Sic de reliquis autumandis in generere. At privatim in singulis regionibus, quantæ sint eorum utilitates, aperte elucescit, ut qui aliunde ex variis locis excessus, & impedimenta afferuntur, de medio tollant: aut quæ ingruunt procellæ & tempestates frænent avertantque. Quid porrò de ventis dicimus, nunquid illos omnium sordium, putrefactionum ac infectiōnum esse repurgatores ac emundatores agnoscamus? nunquid ipsorum operâ, ipsa frumentorum grana, spicæque sua lanugine & immundicie expurgantur, & sordibus excutiuntur?

Præterea quantus alias sit ventorum usus, hinc liquet, quod maria alioqui invia, ex Dei providentia trajici, & permeari possint, imo ex sententia Senecæ lib. citato, ut inde negotiaciones & commercia inter homines, admodum natura & moribus inter se alienos, exerceantur,

L 5 tur,

tur, & familiaritates amicitiaeque contrahantur, atque ut *Homo*, quæ procul à se distanti, cognitæ habeat: Etenim, inquit, *mēra pecus fuisse omni experientia carens*, si *conclusus mansisset natalis suis soli cancellu*. Hic arrigant aures quidam medicorum, qui tantum sibi arrogant, ut alios perficitæ fronte (cum ipsi nihil norint, sed in perpetuis cineribus ad focum suum volentur) censoris subiicere conentur: Descant ex Seneca, quām aptè illis congruat hæc lectio.

Ad institutum redeamus, & ostendamus porro de ventis, quæ perinde ac aër præfigia portendant. Docti ac in experientia rerum versati medici, prudentesque agricultæ, gubernatores navium in arte sua periustissimi ac instructissimi sagaces Daces ac milites opportunè mutationes istas observant, earumque usum aptè usurpant. Illud ipsum animalia norunt: quorum

à temporum vivax & acutus sensus eximiè mutationes istas subodoratur.

animalia prognostica sumunt: nec non & ipsi homines. Quia permallos vidi homines, qui ex dolore capitis temporum mutationem certo certius præsigiebant. Qui herniis aut rupturis obnoxii sunt, illud ipsum facile percipiunt. Austrum enim mox perflatūrum prænuntiant. Boreali vento spirante & serenitatem aëris afferente, qui auditus gravitate laborant, aut subsurdescunt, tunc facilius audire incipiunt, qui alioqui cum densus, nubilus ac pluvius est aër. Auterque furit, omni prope in modum audiendi facultate privantur: quo etiam tempore increscunt defluxiones, & omnia catarrhorum gene-

genera. Vnde satis superque constat ex diversis ventorum mutationibus & proprietatibus, varias in corpore nostro, eiusque humoribus alterationes suscitari.

Sunt quidam venti, qui peculiariter in quædam corpora & nonnullas regiones effectus admirandos edunt. Thraces enim ob crassum regionis, quam incolant aërem, crassum itidem habent cerebrum. Obliviosi enim planè sunt, desideres, & torpescentes, ita ut ultra quatuor unitam numerum, dum subducunt rationes, progressi non possint, quin priora oblivioni tradantur, si plurium unitatum numeri adiificantur. Guido Bituric. ex Herod.

Bœoti ob aëris impuritatem crassis ingenii prædicti fuerunt, unde Horat.

Bœotum crasso iuraru in aëre natum.

In Lesbo apud Mytilenem Austro flante ægrotant homines: Coro taliunt: à Septentrione integrum facile restituuntur.

Quin & observatur certis annis, menses quoq. *Cœl. L. 2.6.* dam usque adeò incalescere interdum, ut fruges 18. *antiq.* omnes terræ hoc caloris excessu prorsus exar- *Letiōn.* descant, prout mense Junio anni 1113. accidit, quo spē omni suarum frugum, quam conceperant maximam agricultorū, ex illius mensis adultrione prorsus cœsi fuerint. Illo etiam anno mense quo accidit, ut silvæ aëris incendio prorsus absumptæ fuerint. Ex qua tanta intemperie paulò post graves & diurni morbi, varie in corpora humana grastati sunt, quos lethales pestes secutæ sunt.

Circi-

*Thracæ
crassi cere-
bri & labia-
les memo-
ria.*

*Bœoti simi-
les Thraci-
bus.*

Circius ven- Circius ventus tanto furit impetu, ac vehe-
tus. mentia in occidentalibus Norvegiæ ripis, ut si
 quis ipso flante iter suscipiat, ac suscepimus per-
 ficerē tentaverit, id citra suffocationis & vitæ
 periculum non præstet. Is porrò ventus in il-
 lis regionibus, usque adeo intenſe frigidus est,
 ut nec arborem, neque fruticem germinare per-
 mittat. Quo sit, ut ob eorum defectum in igni-
 bus struendis, cibisque coquendis, ossibus ma-
 gnorum piscium utantur, ut scribit Olaus Ma-
 gnus.

De insolen- Sed ne aliiinde ex longinquis regionibus aë-
ti anni 1605 ris mutationes arcessamus, en quid hoc anno
constitutio- 1605, inter nos accidit: Scriptæ sunt ex Hispania,
ne. Italia, Narbonensi Gallia, aliisque calidis re-
 gionibus literæ, quibus certa sit fides, usq; adeo
 intenſum frigus fuisse (ubi tamen alii annis ob-
 situm earum, levissimum & brevissimum esse
 solet) ut vel maxima flumina, glaciei aliás
 impatientissima concreverint: hoc verò clyma
 nostrum Parisiense, natura illis longè frigidius,
 vix glaciolam unius noctis, aut nivis globulum
 sustinuerit. Tanta hæc tamque i signis & in-
 usitata mutatio, nihil aliud quam huc & illud
 varios grassaturos esse morbos, arguit. Arque
 hæc sufficiant de magnis in genere ac variis mu-
 tationibus, quibus aër est obnoxius: qui et si
 vulgo creditur (quatenus purum elementum)
 natura calidus & humidus: Instar tamen Pro-
 tei, aut Chamaeleontis variatur, & diversas for-
 mas qualitatum induit.

Præ-

Præter eas porrò mutationes, quas ex astro-
rum planetarumque motibus subit: alias ex va-
riete regionam, & locorum situ diverso ac-
quirit. Si enim alicuius loci aëris sit crassus, nubi-
lus, pluvius, aquosus, corruptus & malignus:
aliquando ex locorum stagnis, paludibus, mor-
tuis & infectis aquis depravatur, aut etiam cloa-
cis, gurgitibus, & putidis exhalationibus est ter-
ra surgentibus, nec non animalium cadaveri-
bus, aliiisque id genus corruptionibus inquina-
tur: unde hominum habitationes inficiantur, ibi
homines hærere nequeunt citra valetudinis de-
trimentum: quod aëris quem singulis momen-
tis hauriunt prorsum illis sit adversus & exitialis,
assiduamque mortem minetur. At ubi ædes ho-
minum aëri sereno, claro, puro, & malignis o-
mnibus exhalationibus carenti expolitæ fuerint;
ibi vita hominum diu conservatur: ac eiusmodi
diverisoria, iis qui vitam diu sartam tectam, &
integralm sanitatem, quantum natura patitur,
tueri volunt, quærenda sunt.

Veruntamen notandum est, inter varias il-
las aëris qualitates, nonnullas esse, quæ vitari
nequeant, aliae vero possint. Cum enim aëris posse, aliud
ex cadaverum putredine, exrementorum, lu-
torum, ac sordium infectarum pravis qualitatib-
us inficitur, iis sublati facile restitui potest.
Nec absurdè hoc adferam, quæ in urbe Tholo-
fana aliquando observavi (ubi marinus ventus
non secus ac in tota Narbonensi Gallia putidis
humiditatibus, quas secum perflando mediter-
raneum mare convehit, inquinatus sœpe vigore
solet)

*Aer salu-
bris vel in-
salubris.*

*Aerem a-
lium corrigi-
tur, alium
non.*

*Tholofana
eritis bene
constituta.*

solet) eam scilicet urbem, sēpē peste tentari, quam secum advehat pestifer ille ventus: At tandem dilatatis uibis vicis & compitis, purgatis diligenter stercoribus, liberioreq; aëre captato, libero gaudens ventorum transitu urbs ab ista contagione liberata est, aut non ita frequenter cādem visa est infestari amplius, ut solebat. Hinc docentur præfeti ubium, vigiles esse debere, in repurgandis vicorum & compitorum sordidus & infectionibus: Qui quidem ordo in hac urbe Parisiensi præsertim, summo perè esset instituendus, & diligenter observandus, quæ tot scatet sordibus usq; adeò fœtidis ut æstate præsertim vicorum fætor circa nauream & animi deliquium ferri non possit.

Qualis sit aer, qui emendarin nequit. At aliis est aér, qui facile emendarī non potest, is nempē qui in locis stagnosis & palustribus perpetuō situs est: & montibus undique cinctus, ubi vix maximis etiam aestatis diebus, Sol per horam unam aut alteram affulget: qui cum non possit corrigi, eius incolas, ut valetudini sua consulant, in meliorem migrare necesse est.

Quantitates aeris calida & humiditatem attinet, quas ex locorum, temporal frigide rum, astrorumque varietate contrahit, his nulli corrigi posse lo negotio ars prospicere & inederi potest: quæ aërem ad morbos etiam accommodare potest: Si enim aestivis diebus aér impensis ihalescat, qui ardenter ægrotantis febrem soveat, imo adaugeat: potest aliò traduci æger, in aulam videlicet aliquam inferiorem, quæ minus aëris calo-

caloribus ferveat: idem etiam perfusionibus cubiculorum & irrigationibus ex aqua frigida, & ^{Quomodo} aer calidior herbis refrigerantibus factis, temperari potest. ^{aer} corrigi & Quin etiam præter refrigerium desideratur ali- refrigerari quod corroborans, quod corpus recreet, ut in ^{debeat.} febribus hecticis: aer etiam istis perfundi potest: & juxta Tralliani consilium (in huiusmodi morbis) consternanda sunt vitium foliis pavimenta: nec non salicis, lenticisci, sempervivii, rosarum, & similiū: quæ refrigerandi, & simul corroborandi vires habent.

Huiusmodi quidem aer, inquit Trall. omnibus hecticis conductus: maxime vero, quibus pulmo, vel cor, igneum ardorem primario senserit. Etenim à cibo & potu refrigerante, non tantum juvántur illæ vitales partes, quantum ab aëris inspiratu: Contra majus à cibo sentiunt commodum, quam ab aere, partes nutritio- ni famulantes: ut sunt ventriculus, jecur, intestina, &c.

Si vero hyberno tempore, morbo alicui frigidus, accommodandus est aer calidus, eligen- ^{Quomodo} aer frigidus dus locus optimè circumseptus & undique calefacientis circumvenitus, ut nulli auræ pateat: quin & la- ^{c. 9.} dus sit. culentus ignis in eo excitandus est, quo aer, ut satis est, incalescat. Si vero natura morbi postulat, ut cum calefacientibus corroborantia miscemamus, ut plerunque pectoris morbi id exigunt: ignes suscitabimus ex lignis, laurino, juniperino, medicarum arbórum seu Arantiorum, Rosmarini, lenticsci, & id genus aliorum. Quia imo & in quibusdam morbis, opportu-

num

num fuerit, cubicula suffire svavibus odoribus, ut caryophyllorum, avicularum Cypriarum, aut suffumigio aliquo alio ex fragrantibus rebus suavissimi odoris coniuncto. Huius generis simplicia sunt, grana iuniperi, myrti, benioni, caryophyllorum, gallæ muscatæ, & simili.

Germani suis hypocaustris ad temperandum frigus aëris utuntur, ut illis hyems vernum tempus, nec non aestivum referat: Neque id tantum in hypocaustris & domiciliis: sed plenis campis moliuntur, ut acrimoniam frigoris multis fructibus noxiā moderentur. Hoc ego Heidelbergæ & Casselli in hortis principum vidi, ubi magna sit lignorum strues, quæ in hypocaustris quatuor angulorum horti, ut aër illius loci temperetur, opportunè incenditur, ut hibernis etiam diebus & mala medica, granata aut punica cum limonibus atque sicubus conspiciantur florere & maturescere, usque adeò ut ne hyeme quidem nati fructus, à Galliæ Narbonensis fructibus bonitate vincantur. Atque hoc dictum sit, ut constet, aërem artificio & industria immutari posse, prout decreverit artifex. Sed hic de aëre dictum sit satis. Ad cibum igitur & potum, ex rebus non naturalibus unam trans eamus, quæ secundum aërem, altera est, conservationi vitæ maximè necessaria.

DE

D E C I B O E T
P O T V.

Caput IIII.

CAPITI de aëre proximè annectenda sequitur de cibo & potu tractatio, quæ non minus videntur necessaria ad vita humanæ conservationem, quam ipse aër, licet is utilitate & subtilitate præcedat. Cibo enim & potu quicquid nectaris nostri & vitalis humoris, calore, laboribus vel mediâ exhaustum est, restituitur, pristinasque vires corporis cibo recreatum, recuperat: langioferumq; suum ex recepta simili sui substantia, vitalique balsamo deponit, & novas vires reperit. Isdem enim nutrimur, quibus constamus. Opportunitus quidem hic esset locus diffidillimæ quæstionis enotandæ, An scilicet persistat bi: potusq; ue
re quis diu posit & vivere citra alimenti, aut potus sum vivere
cibis assumptionem? Cuius solutionem rationes poscit.
que alio rejicimus. Afferam huc tantum, quæ mihi Conflani vidisse contigit ante annos sex, & puella quæ
quæ de re nova & parum usitata brèviter dici possint, explicabo. Illic enim, suscepso in illo*s nensis*
tractus itinere, vidi puellam tres aut quatuor attingens natam, quæ jama sine cibo ac potu per se-
quianum persistiterat. Mirabantur omnes tam
stupendum easum, multique sibi persuade-
bant, aliter fieri non posse, quin alimentis clavis
palceretur. Vbi vero ego ventriculum, hypo-
M chomæ

*Num homo
diu citra ci-
trum possit?*

*Historia de
dam Conflans*

chondria, mesenterii, & inferioris abdominis regionem attrectavi, dimovi illos à sinistra opione, aperte docens in illo abdomine usque ad eō depresso, & instar marmorei lapidis indurato, nihil colligi posse, cum nihil in illas partes trajici, nec influere queat: Subiit me quoq; non levius tam novæ ac stupendæ rei admiratio, qui vita perstare posset, in organis illis naturalibus, omnibus facultatibus ac functionibus destitutis. Tandem meditatus istius rei causas, intuli coagulatas illas partes & prorsus exsiccatas, non minus subtiliter ac à corruptione se tueri posse, quam infans illi, qui in utero materno in lapide conversus, ibi per multos annos citra sui, matris-que corruptionem perstirrit, prout omnibus hu- ius rei nota est historia. Quod autem puella illa frueretur vitâ citra alimenti aut cibi usum: ratio est: quod potissimæ corporis partes, in quibus vita potissimum suam sedem habet, cor videlicet, pectus & caput, admodum vividæ & vitales perstarent: quæ cum ut alia ignobiliora membra crassum alimentum non desiderent, quale ventriculus, hepar & lien, ut in quotidiana ciborum concoctione animadvertisit: quibus ut vi- ta conservetur, nec non cor, pectus seu pulmo- nes, & caput, necesse est, ut in aëream & spiritua- lem substantiam à ventriculo & hepate præpa- tentur: Alioqui si crassior esset ciborum sub- stantia, ab illis spiritualibus partibus non reci- petetur, quæ similibus, non aliis oblectari solent. Cum, inquam, eæ partes sint spiritualiores, & magis aëreæ, spiritu etiam & aëre easdem fove- ri,

*Ratio cur
homo viue-
re possit ci-
tra aliem-
ti aut cibi
usum.*

ri, certo certius inferre licet. Hinc sit ut cor statim præfocetur, si ad momentum aëris ad cor meantis per pulmones aditus intercipiantur. Hinc docent etiam medici cerebrum odoribus fovere, & partes pectoris & cordis aëres spiritu recreari: quæ quidem partes cum vita fruuntur, eā non sibi tantum tinent, sed in totum corpus, si pateant measus diffundunt. At cum in illa puella, sole illæ partes in tota capacitate abdominis sic extinctæ & demortuæ proslus essent, & omnibus suis functionibus destitutæ, quæ necessariæ etiam non videntur ad cibi, cerebri, pulmonum & cordis, hoc est, ad aërei & spirituosi attractionem & concoctionem, nisi de cibo crassiore agatur, qui in spiritum & aërem præparari debet: minrum amplius esse non debuit, si præcipuæ illæ & nobilissime totius corporis partes, vita fruuntur, cum illis organis carere possint ad vitam suam tuendam. Verum quidem est eas bonâ sui nutrimenti parte destruit, quæ ex cibo à ventriculo, hepate, liene, præparato, ad ipsas transferunt: satis tamen alimenti ab exteriore aëre, & odoribus percipiunt, quo vivant ad aliquot annos. Restat adhuc & hic dissolvendus nodus: cur extinctis tam nobilibus partibus, & roti corpori suminè necessariis, quales sunt vetriculus, hepar, lien, mesenterium, intestina, reliquum corpus non corrumpatur. Diximus ad alimenti aëris distributionem nobilissimas illas tres partes, facile carere functionibus, & præsentia ventriculi & reliquaorum: At quod demortuis his partibus reliquæ non intereant, ratio est, quia nullam

M 2 alia

aliis corruptionem inferunt, qua inficiantur ac depereant: immo tantum abest, ut corrumpant, ut contra balsamo suo eas potius soveant. Cum enim mors istarum partium nihil aliud sit, quam facta, sensim carneae essentiae in salinam aut lapidosam substantiam conversio, quae quidem salina substantia (ut salis proprium est) non corruptit, sed a corruptione conservat: nihil mirum, si lapidosae eiusmodi partes se se ipsas in corpore trahant, & aliis nullam noxam inferant.

*In quo vita
corporis hu-
mani per-
sistat.*

Fatebimur tamet, ut pars est, cum hoc duplice medio vita corporis humani soveatur, aere videlicet externo, & cibo ingestu, tum integrum & perfectissimum in nobis vitam vigere, & corpus in omnes suas dimensiones extendi, cum utroque hoc medio homo uti potest. Hic rursus curiosus aliquis querat, quomodo ea partes in marmoream substantiam verti possint. Sed cum omnia non sint unius loci propria, differimus alio huius questionis solutionem: de qua tamen hic obiter dicemus, in microcosmo minerales etiam aquas contineri, quae in salem & lapides, carneas substantias commutent: prout in ma-

*Num inter-
crocosmo multas similes videre licet, quae quic-
qua corporis quid in eas injicitur sive sint herbæ sive ligna,
partes lapi-
descere pos-
bus.*

crocosmo multas similes videre licet, quae quicqua corporis quid in eas injicitur sive sint herbæ sive ligna, partes lapi-
congelant, & in marmora, saxa, lapides vel me-
tallicam substantiam, pro sua natura conver-
tunt.

Eandem puellam aliquot post menses, cum per eandem urbem transirem, in eodem statu compperi, ita ut per integrum annum, me aliquando praesente & invidente, talis persistiter.

Refe-

Referebat illa melancholicum temperamentum, tacitura admodum, ut ne verbum quidem unquam vel vix hisceret; pendente semper capite, reliquis membris, ut brachiis & cruribus moveri nesciis: quod scilicet aereo tantum & spiritali cibo fruens, non crassiore, quo crassiores & solidiores partes firmantur, ad motum corporis esset impotens. At (quod me magis in admirationem rapuit) ab eo tempore, quo mihi visa est, intellexi: illam creuisse, incedere etiam & tandem naturalem edendi ac bibendi appetitum receisse. Hinc constat non prorsus in lapideam substantiam conversas fuisse illius puellæ partes, quemadmodum foetus ille in utero totus in lapideum commutatus est, quod tamen fieri potuit, quodq; ex insigni duritie conjiciebam: sed tantum tartareis fecibus, iisq; densis ac spissis circumquaq; involutas ad tempus: quæ vel natura, vel arte in liquorem solutæ, sensim evanuerunt, & ex partibus exclusæ sunt: unde repurgata membra ad pristinas facultates, & destinatas functiones redierunt.

Agitur iam quoque tertius aut quartus annus, ex quo aliam vidi puellam, octodecim annos aut circiter natam, temperamento queque melancholico, quæ citra cibum & potum supra triennium vixerat.

Illa sensim primum panis, deinde ciborum aliorum omnium appetitum, vel fructuum etiam amiserat. Ad aliquod tempus jusculis nutrita, paullatim etiam usum illorum remisit: Tandem aliquot cochlearia vini, aqua diluti, ei oblata sunt,

*Alia op-
nio de eadē
historiā.*

*Alia histo-
ria de qua-
dam alia pu-
ella, ab om-
ni ciborum*

*potusq; usq;
abstinentia.*

donec & usum illius prorsus etiam respuens, non ferente potum stomacho, ex dolore & cruciatu, quem illic præferebat: ita ut ad extreum ~~aridum~~
citra ullius rei ingestionem; hac inedia aliquot dies duraverit, dein & hebdomadas, ac tandem integrum annum, quo citra ullius alimenti usum, quam aeris vivebat valetudine integrâ.

Puella hæc (qua Apollonia Chrier nuncupatur) nata erat in quodam pago seu oppidulo Galz dicto, ditionis Bernensis, inter reliquas Helveticas potentissimæ. Senatus Bernensis summa prudentia ac sapientia prædictus, accepta inaudita fama, jussit Bernam & matrem & filiam adduci: quas in Xenodochio urbis collocari, & ibi observari à custodibus voluit, num mater filie aliquid clam porrigeret, ne quid fraudis subfasset. Cui rei cum per aliquot dies accuratè invigilatum esset, cognitum tandem verè fuit, & certissimè, illam citra ullam alimenti ingestionem vivere. Tanti miraculi rumor statim totam Helvetiam, longiusque pervasit. Tunc ego Soliduri eram cum Illustrissimo ac sapientissimo viro Dn. de Sillery Galliæ Procancellario (domino, inquit, mihi plurimum colendo) quem illuc eram pro ea, qua me amplectitur amicitia, comitatus, in ea legatione ex regis mandato suscepta, ad initia inter Regé & Helveticas respublicas renovanda ac confirmanda foedera: quam quidem usq; adeò sapienter & feliciter obiit: prout in omnibus gravissimis regni munis sibi demandatis versari solet sapientissimè, ut non hic tantum, sed ne ubiq; gentium eius virtus & gloria

gloria satis abunde prædicetur. Hic igitur Illustr. dominus adeo stupendæ rei fama perculius, optavit, ut Bernam quinque tantum miliaribus Soloduro distantem me conferrem, ut ex telta oculato rei veritatem certius cognosceret.

Cum & puella superior & hæc posterior dicantur primò sensim appetitum amisisse, quam aboli us prorsus esse: cib: usus. Rationemq; su- præ non pereuntis sensim appetitus, & tandem prorsus extincti: sed vitæ tantum eitra usum alimenti permanentis breviter explicav erimus: hic visum est annexare causas. unde nobis appetitus vel paulatim imminuator, vel tandem totus prosternatur.

Referunt Doctores eximii in suis Academiis, *Vnde appetitus præsternatur.* appetitus destructionem oriri, ve ex nimio calore ventriculum & spiritus esuriei deservientes, in eoque habitantes exsiccante; vel à nimia frigiditate, eosdem spiritus congelante; vel ab obstruptione partium, qua spiritus illi per suam sphæram vagari prohibentur, & munus suum obire. Has causas jure merito censemus admittendas, siquidem experientiâ quotidianaâ docemur, in extremis caloribus appetitum languere, ut sitibundos in hepate spiritus ad potum exacui: Sic nimio frigore internas partes congelascere, easque tartareis fœcibus ac lapidosis, quas illi pituitosas vocant, interdum involvi & obstrui. Quæ cum vera sint, causarum tamen istarum veritas, ad externas intemperies simpliciter non est referenda; sed ad internas potius corporis humani, suorum tunc astrorum intem-

*Cur homo
estate plus
bibat, quam
edat.*

M 4 peri-

periem, & influentias sustinentis. Quin & obtrunctiones, quibus eæ partes scatent, modò sensim, modò uno momento genitæ (ut in infantibus vix natis, jam grandiores vesicæ lapides fermentibus, videre licet) à spiritibus tartareis aut mineralibus: vel sensim (ut cum paulatim crescente frigore tandem aqua congelatur) vel uno momento (ut cum ad gelidissimum unius noctis astrum, flumina conglaciantur) procreantur, & motum partium illarum, fluxamq; spirituum cohibent: quo sit ut appetitus vel sensim, vel uno

Cur appetitus lagueat, momento pereat.

vel prorsus Vbi igitur non est appetitus, ibi neque attractio: ubi nulla attractio, inanis est quoq; retentio: retentione vero virtutæ, digestoris quoq; vanus & irritus erit conatus, sicut & similiter excretionis. Hæc est aurea illa Homeri catena, continua vinculorum annexionibus absoluta, ex qua colligi potest, quod si facultatum una aberrat, alteram quoque statim vitari ac perverti, necesse sit.

Instrumentum autem sive motor primarius omnium harum facultatum, hoc sese ordine subsequentium, est ipse appetitus, excitatus ab humore acido sive melancholico, qui per meatum splenicum, à medicis vas breve & venosum appellatum, transmittitur in ventriculum, ut vulgaris medicorum fert opinio: Vbi potius hic statuendi sint spiritus famelici sive famem inducentes, acidi & vitriolati, qui exhaustis & consumptis alimentis, adeo ut nulla amplius residua sit materia, in quam ipsi actionem suam, id est, rationis

Ynde appetitus edendi gravatur.

sionis ac mordacitatis vim exercere queant : superius ventriculi orificium (quæ pars corporis exquisitissimo sensu prædicta est, ut in quam implantati sint duo rami, è sexto nervorum pari seu conjugatione derivati) adoriantur, idque spiritualis sua aciditate stimulant , vellicant ac pungunt. Ex qua vellicatione seu lancingatione excitatatur sensus , ex sensu appetitus , ex appetitu famæ , quæ ex iisdem famelicis spiritibus provocata ac producta existit. Hi enim sunt ipsi , qui esuriant & sitiunt , & qui post absumptam alimenti ac ciborum materiam , confessim aliam novam appetunt , quam attractam acidâ sua & mordacitatem dissolvendi ac conteredi facultate confringunt , quæ dissolutio ac contritio , postea à medicis appellatur concoctio sive digestio . Hac dissimulatione sive digestione peracta , quæ quinq; aut sex potissimum horis absolvitur , alimentosæ substantiæ sit conversio in chylum , idque mediabantibus famelicis istis spiritibus , aut igni naturæ potius formalí , quam materiali : Quam concoctionem ad hunc modum factam , nullus aliud calor externus sive igneus , quantumvis veherentissimus ac ferventissimus , vel per plurimum etium dierum ac septimanarum durans spaciū , perficere unquam posset . Cum verò hi spiritus esurientes à suarum functionum officio impediuntur , sicut id fieri facile potest à causis supra dictis , ubi videlicet appetitus fuerit depravatus , vel prorsus etiam abolitus , sit tandem , ut licet omni manducandi desiderio sublatu , fame prorsus nulla urgeatur homo : tamen sine ulla ciboru *Cur homo
diu persistat
sine cibori*

M 5 inge- uſu.

ingestione vivere possit : nec aliunde accipiat
vitæ producendæ somnentum, nisi à solo isto vi-
vifici nectaris fonte, & vera aqua vitæ, rema-
nente ac residente in sanguine, jam in ipsis ve-
nis & arteriis contento : Quæ aqua vitæ, cum
sit spiritualis aëreæque substantiæ, ab aëre quo-
que, quem quotidie haurimus & inspiramus, fo-
vetur & alitur : ab eoque à suffocationis & ex-
tinctionis periculo custoditur : unde illa, velut
ignis suaviter accensus, ad tempus etiam di-
turnum, vitalem calorem benignè foveat ac su-
stentat, & ita consequenter vitam prorogando
conservat: in tantum temporis spatiū, quā
major aut minor illius fuerit copia, in quantita-
te & qualitate. Vbi necessariò quoque requiritur,
ut vala illa, (quæ aquam hanc divinam conti-
nent,) sint optimo & Hermetico sigillo occlusa,
hoc est, ut venæ, arteriæ, & ipsa corporis sub-
stantia, ne sit plus justo densa aut rara, aperta &
perspirabilis : alías enim inde sequeretur aut tar-
dior, aut celerior spirituum attractorum, expira-
tio & dissipatio.

Videor mihi hīc audire, tonitruosum quen-
dam aliquorum Censorum strepitum, ac ma-
gnum boatum, qui à vano contradicendi stu-
dio inflammati, mihi objicere haud verentur,
me contra medicorum theorematā, diutinis
hactenus artis operibus stabilitatē, & tanquam in-
fallibilia & irrefragabilia, audere quid novi in-
ferre, ac præserim hanc invictissimam, uī opini-
nantur, artis legem infringere velle, qua pas-
sim declamatū, calorem naturalem & humo-
rem

rem radicalem, continuo fluxu indies exhaustum & dissipatum, debere rursus resarciri ac reparari, beneficio cibi aut potus, seu alimentorum ingestorum suffectione. Sed quomodo quo^{lo}, ô. Anatopici, stabit hæc vestra distinctio ac distributio partium nobilium & principum, cerebri scilicet, cordis & hepatis, sine quorum functionibus animal vivere non posse indubitanter astruitis: sic nec citra functiones reliquarum partium, non minus, uti putatis, ad vitæ conservationem utilium ac maximè necessariorum, ut sunt ventriculus, splen, intestina, pulmones, renes, vesica, quibus secundum dignitatis ordinem, in vitæ œconomia attribuitis. Cum tamen ex his duobus exemplis, suprà à nobis allatis, certius certo affirmari possit, adeò, ut id vel digitis palpitare, & nisi voluntaria calligine offundi velitis, oculis ipsis intueri possitis: quod vita subsistere & persistare nihilominus queat, nec adhuc extinguitur, licet tum functiones jecinoris, ventriculi, lienis, renum & vesicæ sint vel depravatae & corruptæ, vel omnino etiam destructæ & ablatae. Hæc duo raritatis, vel potius mirabilitatis exempla, confirmari adhuc possunt aliorum plurium exemplorum authoritatibus.

Plinius lib. 2. hist. natural. & post ipsum Cæl.

lib. 24. cap. 21. ant. lect. scribunt, quod in extremitatibus Indiæ, finibus, ab oriente versus fontem dam ex solo & scaturiginem Gangis, populi quidam sint, radicum flororum Astomi dicti, qui solummodo ex odoribus & rumi; odore subtilibus exhalationibus quarundam radicum, viventes.

Populi qui-

Duplices corporis par-
tes iuxta
Anatomia-
corum do-
ciruum.

florum & fructuum, per narium inspirationem
attractis vivant.

Olympidorus Platonicus, interpres Aristote-
lis scripsit, quod homo quidam fuerit, qui toto
ætatis ac vitæ suæ decursu, nihil unquam man-
ducari, sed in sole semper versatus, ex eo spiri-
tuale sibi nutrimentum attraxerit. Plato in phœ-
done simile quid habet.

Sed ut nostrī seculi historias & exempla, tan-
quam recentiora, tandem adducamus : Albertus
Mulier Magnus lib. de animalib. scriptum reliquit, quod
fuerit foemina quædam Coloniæ in Germania,
tempore Imperatoris Friderici undecimi, quæ
interdum per viginti, sæpenumerò etiam per
triginta dierum spacium, ab omni esculentorum
& poculentorum usu, abstinuerit.

Gerardus Bucoldianus, alioq; complures au-
thores gravissimi narrant, quod anno Christi
1539. inter Spirensium subditos, in pago quodam
Rhodo, inventa sit puella quæda, nomine Mar-
garita, filia Suffridi VVeis & Barbaræ, quæ an-
num circiter decimum agens, levè quodam ca-
pitis ventrisq; dolore tentata, ipso die festo S.
Michælis, cibum capere, & manducare non ab-
horruit usque ad festum nati Salvatoris nostri :
à quo die ciborum usum cepit fastidire & pror-
sus abdicare, cessantibus simul alvi excretioni-
bus. Eadem post dies paschales, reculavit quoq;
poculentorum usum, nullamque amplius urinam
reddebat. Imperator Ferdinandus, obviam
ire volens tali imposturæ, si qua esset, manda-
vit medicis suis, ut hanc rem diligenti inqui-
stitione,

*Alia hi-
storia.*

sitione; ac summâ industriâ, penitus cognoscerent.

Hæc historia non absimilis est illi alteri, supra commenioratae, quæ in ditione Dominorum Bernensium in Helvetia accidit.

Hinc videmus, nullam esse thesin sive regulam in Medicina tam probabilem, certam ac firmam, quæ non exceptionem aliquam admittat.

Potus necessarius est ad cibum, liquore aliquo imbuendum: ubi multos inveniri videmus, qui potius cibi quam potus usu, ad tempus carere possunt. Sic etiam nulli dubium est posse aliquem æquè siti perire, ac fame. Id si necessitas postularet, exemplis in medium allatis, iisque quam pluribus, facilè demonstrare possemus. Præterea notum est omnibus, fainem ipsa siti tolerabiliorem esse: quamvis negari non possit, aliquos potus usum. etiam repertos fuisse (quod etiam inter rara contingentia annumerandum est) uti Magonem Carthaginem, & Lasytam Laisonentein, qui sine ullo liquidorum usu, totam ætatem exegrint: assumptis nihilominus & comeditis cibis satiatis: ut Athenæus annotavit.

Cœlius scribit, quod quidam Neapolitanus Tomacelliensis, totius vitæ curricalum absq; potu absolverit.

Aristoteles quodam in loco mentionem facit cuiusdam Andronis Argiensis, qui per omnem vitæ decursum nunquam sitierit aut biberit, usus interim multis cibis sale confectis ac exsiccatis.

Idem profectus Hæmonium, licet in itinerè nullis prorsus oblatis aquis, ipse sola farina sicca vive-

*Potus æquè
necessarius
est ac cibus.*

*Aliquos
vixisse citra
potus usum.*

Athe. lib.

2.6. 2.

viveret, ab omnibus tamen liquidis omnino abstinebat, quod & reliquo ætatis cursu continuo facere consuevit.

*Causa en-
quis non ur-
geatur siti.* Non hic diutius in eiusmodi causis Sitis tolerandæ inquirendis immorabitur, hoc saltem notandum voluius, quod hac in re natura, & temperamentum humidum ac pituitosum, & solita ac consueta vivendi ratio, plurimum possint: Quod facile demonstrari posst exemplis, ab hydropticis sumptis, qui per potus abstinentiam (licet intolerabili & itigenti torqueantur siti) tamen curati fuerint. Verum quidem est, illos ab initio extrema siti fuisse cruciatos: sed paucatim, consuetudine, facilissime a poculentis posthac abstinere poterant. Imo fuerunt, qui ab hoc affectu liberati nunquam posthac, quamdiu vivebant, liquidis uti voluerunt, idque maximo quodam recidivæ metu: ut in historiis passim legitur, tum de Iulio Viatore Equite Romano, tum de aliis pluribus.

Sed quia hanc materiam fusius & plerius tractandam differimus in lib. nostrum de recondita rerum natura, hic quiescemos, contenti iis, quæ à nobis superius obiter dicta sunt, ubi aliis subtilioris ingenii hic occasionem & locum dabimus, qui inventis melioribus rationibus, demonstratione liquidiore explicare poterunt hanc questionem, *Eur homo circa omnem cibi potuſq; usum; ad tempus etiam diuturnum vivere poſſit?*

Recurramus itaque ad tractationem nostram de cibo ac potu, ubi in recitatidis duabus hisce historiolis, scitu dignissimis, substitutus, sum-

mam

mam nimirum ex his declaraturi *Dei Opt. Max.*
qui omnia gubernat, potestatem elucidere. Nec
præterea eadem historiolæ alienas ab instituto
nostro cuiquam videri debent, ut qui de cibi ac
potus usu, ac conditione multiplici hinc tractamus;
sine quibus alias homo ex ordinata & præscripta
Dei institutione vivere nequit: cum nihilomi-
nus tamen in his duabus puellis, & aliis singula-
re raritatis & admirationis spiculum nobis pro-
positum sit, ex quo infinita Dei omnipotentis
gloria conspicuè elucescit.

Antequam antiquitas plenam habuerit multo-
rum frumentorum, leguminum, granorumq; a-
liorum varii generis cognitionem: plures glan-
de vescebantur: alii peculiariter eorum fructuum. Primo ne-
genere, quibus abundabant, quemadmodum de stri parentes
Argivis scribitur, qui pyris pascebantur; Athe-
nienses vero sicibus, quibus ita abundabant, ut fuerint cibis
illis pecora enutrissent. Medis pro cibo erant a-
mygdalæ: Æthiopibus arundinum fructus: car-
damum Persis: Palmulæ Babyloniis: Ægyptiis Alex. b. 3.
lotus, ex cuius semine quedam panis species con- cap. II.
ficietur, ut scribit Aetius tetr. 1. Successu tem-
poris aristæ, hoc est, frumenti omne genus me-
lioris nutritionis inventum est, quod utilius ce-
teris omnibus vegetabilibus & granis præbet a-
limentum. Ex eo hodie conficitur panis noster;
illorum granorum usus ubiq; nunc familiarissi-
mus est: atque inde basis omnis nutritionis fa-
lubris & necessariæ statuitur.

Finixerunt Ethnici Poëtæ, olim Ceretem pri-
mam frugum inventricem fuisse, granorumque *Varia Cere-*
rus spūheta,
colen.

colendorum, molendorum, nec non pinsendo-
rum & in formam panis aptandorum ac coquen-
dorum solertiam excogitasse: Hinc variis nomi-
nibus & titulis apud Poëtas legitur insignita, ut
modo fulva, rubra & frugifera vocetur: quæ
certè nominata ad varia mēsis tempora referen-
da sunt: eò quod frumentum pro gradu maturi-
tatis varios colores induat, ubéremque frugum
copiam exhibeat. Eadem ex alimento, quod ac-
cipimus ἀλυσείφῳ nūncupatur, ἀντιδέῃ, παπο-
φῷ, ζωηδῷ, τῷ βιοδῷ, atque id genus aliis
decoratur: ut inde, quam magna ad Reipubl.
humanam ex agriculturæ inventione accesserit
utilitas & compendium innotescat. Harum in-
ventionum fidem facit Ovid. 3. Metam. his
versibus:

Prima Ceres unco terram dimovit aratro:

Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris &c.

Cui acce- Nos qui certiorem habemus de Deo cognitio-
ptum feren- pum, quam Ethnici illi, qui idolum de Cerere
dum sit fru- constituerunt, artem agriculturæ granoruimque
gum innen- omnium cognitionem & usum, quæ ad huma-
tum, niam vitali pertinent, ad Adamum eiusq; poste-
rios opportuniū revocabimus, eisque accepta
feremus: sacris quippe literis accepimus, post diluvium & longè antè quam Chaldae, Græci,
Latini, eorumque idola Cybele, Ceres, & Bac-
chus extarent; edictum Noë hās artes restituī-
se, terram arasse & vitēm plantasse, unde agri-
cola & vinitor dictus est: eisque temporibus
panis, vini, aliorūmq; fructuum optimæ nutritio-
nis, sit mentio, ut non sit fas aliō inventum tanti
boni

boni referre citra scripturæ sanctæ contumeliam. Farendum tamen eorum rerum industria, ubi cœpit orbis populis scaturire, auctiorem fuisse: extitisseque solertiiores aliquos, & subtilius collendæ terræ, & solertiūs maturandarum frugum, atque præparandorum omnium in usum hominis alimentorum, peritos, quos tamen non licet Ethnicorum more inter Deos recensere, sed ut instrumenta Dei summi opificis agnoscere. Quare non nisi turpissimè & cum summa impietate lapsus est Ianas ille, Latij Rex (ubi constructa pôst Roma fuit) qui cùm agriculturæ & frugum ferendarū rationem unā cùm subditis ignoraret, artemque agrorum colendorum à Saturno profugo, regnoque à filio suo expulso, didicisset, non tantum illum ob insigniem utilitatem, quam acceperat, in societatem sui regni ascivit, sed in Deorum quoque numerum retulit.

*Ianas in
Deorum nu-
merum re-
latus ob 4.
gricuture
usum quæ à
Saturno di-
cicerat.*

Quibus ex antecedentibus duos Ethnicorum errores agnoscimus, prior est, quod illi panem & vinum reliquosque fructus, nec non carnes & pisces à Deo summo creatore in usum & utilitatem hominis creata esse, ignorarent: posterior vero, quod perperam de alimentorum adeo salubrium præparatione senserint, quæ singulari Dei Opt. Max. benignitate sensim hominibus fuit communicata: unde necessariò consequitur, quod ad divinum nomen & inventionis frugum, & præparationis earum gloria ubique referenda sit.

Antequam ciborum artificium ab omnibus gentibus cognitum fuisset: multæ earum diversis

N

in

in conservationem vitæ sive alimentis usæ sunt : aliæ siquidem in hunc finem agrestes feras v-

Alex. l. 3. habantur, ut Getuli : aliæ pisces, ut Ichthyophagi : aliæ testudines, qui Chelophagi dicebantur :

cap. I.

alii locustas, ut Ægyptii.

Indorum Quin & hodie Indorum vicitus longè alius à *victus qua-* nostro, imò longè barbarior, ac inhumanissi-*mus* perspicitur, ut qui carnibus etiam huma-*nis* pasci non horreant, quod testantur histo-*riæ*.

Sed barbaros istos homines, ac plus quam ferinos cum crudeli vivendi getiere relinquimus, tantumque de illarum gentium vicitus ratione loquamur, quæ in Europa sitæ sunt : quæve cultiores ac politiores habentur, quam in ullis aliis orbis partibus. Earum propè omnium idem est alimentum, ratione tantum præparatio-*nis* aliud ab alio differens.

Sed cum ego Gallus Gallis nostris hæc potissimum & privatim scribam, ut patriæ meæ usui sim : cumque de ea vicitus ratione, quæ ad vitam conservandam maximè confert, mecum sit propositum tractare, nec usquam alibi melior, quam in nostra Francia occurrat, de notanda vivendi ratione apud provincias Gallicas recepta, pauca quedam subjungen-*tur.*

DE

DE VARIIS PANIS ET
POTVS ARTIFICIIS, IN
alimentum hominis.

Cap. V.

SVPERA diximus, ac repetimus iterum, in pane basin & fundamentum nutrimenti præser-
tim esse positum, quod ex granis multo spiritu,
aqua vita & balsamo fœcundis, quæ cum nostris
spiritibus & vitali nectare magnum habent con-
sensum, eleganti artificiò, & præparatione salu-
bri concinnetur. Etsi autem plus spirituum, quam
panis, vinum contineat; eiusque odor, vel solo
olfactu spiritus nostros confestim recreet, qui
ut cunque in syncope dispersi à corde, aut pror-
sus nulli in nobis esse videntur: cum tamen vi-
num glutine illo aut vinculo careat, quo diutius
retineri necesse est, ne statim à stômacho nostro
avoret, siquidem naturâ liquidum ac fluidum est: *Cum vinum
à pane, nu-
tritionem, quam panis exhibeat: citra quem aut supereretur.*

Differitæ autem panum nunc nobis excu-
tiendæ sunt, quarum præcipuas, & quæ in Fran-
cia nostra usitata sunt describemus.

Fit pánis multis in locis ex siliqine, qui pau-
lo acidior est, mediocre alimentum præbens, *Varia panis
& frugæ ea
qui, panis
conficiuntur*

N ^z quiq;

*Panis na-
tritionis fæs-
damentum.*

quiq; laxat alvum temperatè reddit. Non infrequens eius est usus multis in locis, & in ipsis quidem nobilium ædibus.

Ex hordeo quoq; pinsitur panis variis in provinciis, cuius vis est refrigerans: at non ita hordeaceus gratus est palato, ac silagineus. Eo potissimum vescuntur agricole, quod alio sæpe frumento careant, præsertim mensis tempore, quo citius hordea demetuntur, quam reliqua farra.

zetr. i. serm. 10. De hoc pane in hæc verba scribit Aët Panes autem hordeacei omnes minus nutriunt, quam triticei, & magis venirem subducunt, quam illi.

Conficitur etiam ex fabis, aliisq; leguminibus panis, sed gravis est, ponderosus ac parum grati saporis.

Apud Bearnos, & in altioribus regionis Armagniacæ locis, panis ex milio familiarissimus est: cuius triplex genus præ cæteris conficitur: unum ex milio in farinam redacto à suo furfure mundatum: ex qua cum aqua, aliorum more subigitur panis, pastaque salita ac fermentata, in clibano aut furno coquitur in panem: Hoc vescuntur rustici, cuius gustus subdulcaster est: satis est boni alimenti: sed qui diutius assumptus fastidium parit.

Alterum ex milio panis genus in Vasconia Miques vocatur, qui parvi sunt globi, ex eius farina subacti, magnitudine globos referentes, quibus palemario lusu colluditur. Hi coquuntur in aqua, & in jentaculum infanibus offeruntur: singuli globuli venduntur denario.

Ter-

triplex panis genus ex milio.

Tertium panis genus id est, quod brasarium appellatur, cuius usus in bellariis est: satis est delicata gratique saporis esca, dicta idecirco brasarium, quod inter prunas ardentes, Gallis *brasier* dictas, quibus panis in foco undique involvitur, coqui soleat. Is panis quadratae est formæ, pedis longitudinem habens, & dimidii pedis aut circiter altitudinem. Obvolvitur autem ille panis brassicæ foliis, cum inter brunas foci sepeliendus est, ut coquatur, ne cineribus conspurceretur. Atque haec sunt tres panis miliaris cotionis species, de quibus loquitur Aetuar. atque alii veteres, ut paulò post docebimus, in cibano nempè, in aqua, & inter prunas.

In Vasconia ex farina eiusdem milii, pulmenta sunt aqua diluta, qua sale conduntur, & ad consistentiam coquuntur. Istorum pulmentorum nomen est Arimotoes, quæ deliciæ sunt rusticis, multis in locis. Diluitur etiam farina haec lacte, ex qua mixtione meliores redditur pulmenta. Gal. lib. de Aliment. fauct. cap. de milio & panico, hanc pulm. speciem ex milii farina factæ describit: quæ rusticis antiquitus in cibum erat familiaris.

In regione Limoxensi, & quibusdam aliis locis circum vicinis (ubi abundant castaneæ) ex castaneis fit panis, quo vulgus & rusticæ pascuntur.

In caritate annonæ, & aliorum granorum inopia, fit etiam panis ex avena: quod equorum magis, quam hominum proprium est alimentum.

N 3

Ger-

*Triplex
modus co-
quendi pa-
nem.*

Germani quodam juscili aut pulmenti genere
habemus ab illis dicto, utuntur, ex granis avenarum
inundatis, & aqua constante: quod instar ordeati
est: eiusque cibum admodum salubrem autumant.

Panis optimus quoque.

Inter autem omnia eiusmodi panum genera,
nullum bonitate, sapore, salubritate ac nutritione
ad panem nostrum accedit, qui ex tritico apte
paratur & conficitur.

Triticum autem tres aut quatuor sunt species,
quas distinguere expediat, ut melior feligatur, unde
optimus panis, saluberrimus & alimentosus
concinnetur.

Quod nascitur in Turcia frumentum & Barba-
ria, grana crassa producens, rufi coloris, non
æquat bonitatem illud, quod spelta vocatur, cuius
color albus est, flavus & granorum minorum, sed
firmiorum ac solidiorum dente judice: quod vè
majorem reddit farinæ copiam, quam alterum
furture abundans: Quod nobis sedulò observan-
dum est, ut suadet Galenus primo lib. de alim. fa-
cilit. c. de tritico: ubi videre licebit, omnia panū
discrimina, sive bonæ sive malæ nutritionis: sive
frumentorum varietas spectetur, quorum alia a-
liis vel meliora vel deteriora sunt, idque vel ex na-
tura, vel ex varia præparatione, vel ex trajectio-
ne per cribrum exactiore, aut negligentiore: sive
ex fermentationis & coctionis artificio. Quæ o-
mnia in pane conficiendo, ut sit salubris & sapi-
dus, diligenter observanda sunt.

Sequuntur quæ de his scribebat Galenus eo-
dem lib. & cap. ubi de diversa frumentorum na-
tura cum differuerisset, de differentiis quoque pa-
num,

sum, qui vel meliores, vel deteriores conficiuntur, haec subjicit: Cæterum medii inter mundissimos & sordidissimos panes, longè lateq; pro minoris majorisve ratione inter se discrepant: *Panes & Alii namq; mundi: aliis sordidi nominantur, & iij mundi revera sunt. Præter hoc tamen aliud est panis genitus, plane in his medium, Græci nunc αὐτούς vocant, eō quod ex confusanea farina, furfuræ, neutiquam cretis conflatatur. Illum panem antiqui medici syncœcum appellarunt: Verūm, & inter istos ipsos, qui ad unguem medii inter furfuraceos, & quam nitidissimos panes esse videntur, non mediocre est pro varia tritici natura discriben. Etenim ex denso prægravique semine, panis præstantior, ex stolido levique deterius sit. At panis quidem sincerissimus, cum à Romanis tūm ab omnibus ferē, qui illorum subiacent imperio, filigineus vocitatur: huic proximiū simulaceus: tertio medioq; loco, is quem αὐτούς, vel syncœcum appellari dicimus. Quartus ab his est sordidus: postremus furfuraceus, qui inter omnes imbecillimus est, quique quam citissimè per alvum descendit. *AEGIN. lib. i. de re medica cap. 73. Actuar. lib. 2. cap. 3. de iisdem differentiis secundū Galenū lo-**

Qualis fuerit panis Romanis, optimus.

Panis furfuraceum panem, omnium esse deterium, & minimi alimenti.

minium deterrimum.

terrimum.

dis multis rebus perutile, quod furfur tamen præstare nulla ratione queat.

Sed hactenus dictum sit satis de granorum differentiis, de farinarum & panum varietate; illud verò constet in primis, eos pro optimis habendos, qui ex farina optima mediocriter à suo furfure separata probè confecti sunt.

In confectione autem magnum requiritur artificium. Nam et si tales habentur farinæ, quæ desiderantur: solertia tamen non levis in ea, aqua diluenda, pinsenda, fermentanda, sale condenda, dextreque pane apparando & coquendo requiritur.

*In pane o-
pimo cor-
ficiendo,
quid obser-
vandum.*

Vt igitur bonus concinnetur panis, palato gratus, salubris, & boni nutrimenti, primo optimam frumentum, quale expressimus, deligendum est: quod cribro sedulò à sordibus emundetur: cui ut nihil desit munditiae, omni diligentia procuretur. Illud ut bene fiat, triticum aqua pura eluendum est, postea ad Solem exsiccan- dum: sed lolium imprimis diligenter repurge- tur, veluti prorsus noxium, non tantum quod inebriet: sed quod firmissimum etiam quodvis cerebrum vertiginibus feriat, attonitos homines reddat atque prosternat.

Quod delectum est frumentum, mola aut pi- strino albo, ut vocant, exterendum est. Hoc e-

*Pistrina
Casselli: ar-
tificio.*

nim pistrino longè candidior farina, & melius à furfure suo repurgata redditur. Vidi in pistrinis Casselli, quibus elegantiora à me nullibi conspe- cta sunt, tantum ac tam solers artificium, ut ea, qualem farinam, sive crassiorem, sive tenuio- rem

rem desiderent molitores , talem præparent, eamque simul à furfure secludunt , tantum furfuris detrahendo, quantum detrahi ad purissimam farinam reddendam (quam florem vocant) vel secus visum fuerit. Atque hoc obiter dictum sit, ut discatur ubique ac præsertim in Francia nostra , eadem inventione & artificijs uti expedire, ad laborem & tempus redimendum, quod farinæ molendæ, postea seorsim à suo furfure separandæ, idque minus perfectè, nimium impenditur.

Farina igitur delecta, solerter aqua diluenda, fermentanda, condienda sale, pinsenda, & in pastam panemque colligenda , qui porrò inutilis aut noxius futurus sit, ni ritè cœquatur. Ex panis enim congrua coctione , nec non eiusdem fermentatione præcipua utilitas ac saporis suavitatis melioris & exoritur. Quod idem Gal. exprimit eodem lib. salubrioris. suprà citato his verbis : Panes autem ad concoctionem appositissimi sunt , qui plurimum fermentati & approbè elaborati in Clibano , igne moderato percoquuntur. Nam profusior ignis, primo statim occursu adurens exteriorem superficiem , in testæ modum indurat : ex quo utробique ineptum , pravumque panem fieri continet : utpote qui cruda incoctaque interiora habeat: ambusta ,obarida & crustacea exteriora. Ignis verò justo minoris vis , in totum panem nequit penetrare : ideoque illum non percoquit, sed relinquit crudiorem , maximeque intimas partes. Qui autem longiore spatio, undiq; æquabiliter perassatur, hic & probissimè in ventriculo concoquetur, atque ad sequentes functiones erit

N 5

erit

,, erit acommodatissimus , &c. In Clibanc igitur salubrius , quam inter prunas coquendus est panis.

Fermentatio in pane concinman- do necessaria. Quod ad fermentationem attinet, quæ cum fermento fit acido, ea inter cætera artificia, summe necessaria est. Hæc enim pastam atOLLIT, & levitatem idcirco pani conciliat atque saporem i qui citra eam gravis & insalubris redderetur, atque idcirco noxius & inutilis. Præterea panis medio criter salsus, melior ac salubrior est insulso, et si multi aliter sentiunt.

In summa, panis eo modo, quem diximus, apparatus, magnum & elegans magisterium exhibet, in quo nobiliores & perfectiores Chymicæ operations eluescunt. Primo puri ab impuro appareat separatio, hoc est, farinæ à furfure: Secundò puri cum sua aqua coniunctio, quæ ibi trituranda, hoc est, pinsenda, malaxanda, fermentanda, digerenda, ac demum perfectè coquenda, ex qua mixtione sic elaborata, panis salubris, vivificus, hoc est, lapis Philosophicus, immensa virtutis progreditur. Denique longè aliquid præstantius est panis quam farina. Si quidem quæ nobis grana natura exhibet, nisi artificium hominis in præparationem accederet, longè noxiora, quam utiliora homini futura essent. Accurâte igitur, & præparandus, & coquendus est panis: alioqui frumentum, quod simpliciter ex aqua coquitur, quoctunque modo velis, nonquam alimentum utile ac salubre allatum est. Quod testatur Galenus eodem lib. supra citato, historiam referens, cum aliquando rus

Magisterium Chymicum in panis confectione obseruandum.

rus expatiatum animi laxandi gratia profectus
esset, paulò ab urbe remotius, ubi panis erat in-
opia: se vidisse duas rusticas in suam cœnam
triticum ex aqua & sale coxisse: ad quod epulū
ipse Galenus cum duobus aliis sociis invitatus,
avidè accessit, appetitu ex itinere contracto, eo-
que cibo copiosè & ad satietatem, aliquæ simul
cœnati sunt: cuius epuli exitus qui fuerit ex Ga-
leni ipsius verbis audiamus: *Verum à cœna, in-*
quit, gravitatem in venire adiutat incumbentis lutu
cœpimus sentire: postridieq; toto die crudi, cibum
fastidientes, languebamus, adēd ut nihil possemus om-
nino assumere. Præterea flatulento spiru plenis, ca-
put dolebat, oculiq; ceu per nebula cernentibus ca-
ligebam. Addit se è rusticis quæsivisse, num alias
eodem cibo usi essent, & qui ex eo valuerint: qui
responderunt, aliarum rerum inopia (prout ipse
*Galenus tunc premebat) frequenter se eius-
modi cibum in usum assumpsisse, qui semper*
gravis stomacho fuisset, potiusque non quis quam
utilis, quod facile citra experientiam colligi, &
*judicari poterat. Farina enim frumenti istiusmo-
di, et si purior est frumenti substantia, cum sit*
concoctioni rebellis, noxam parit, nisi (inquit
*idem Galenus) per salem, fermentum, consper-
fionem, triturationem, furnumque edometur ac*
perficiatur. Quis hinc non intelligat (addit) rude
*& illaboratum triticum, firmissimum ac perti-
nacissimum esse: contrà si congrue præparetur,*
ut supra diximus, optimum esse nutrimentum,
*ac corpori humano sommè necessarium, utilissi-
mumque.*

Si

Frumentū
crudum in-
falubre.

Si triticum inter vegetabilia omnia nutritioni imprimis, ac vitaे homini॒ conservandæ congruentissimum, ex aqua tantum, & circa ullam aliam præparationem coctum, tantas noxas & incommoda infert, ut verè scribit Galenus: quid de sexcentis aliis granis dicemus, seminibus, radicibus, herbis, floribus, ex quibus varia concinnantur remedia: nunquid graviora corpori nostro incommoda paritura sunt, cum iis tantum ex aqua coctis crassissimo modo, vulgus pharmacopœorum in medicamenta, que apozemata, syrups, julepos, &c. vocant, utatur, & ægris sic parata, hoc est, venenosa potius, quam salubria exhibeat?

Si Censores nostri ista serio meditarentur, non usque adeò latribus suis veras medicamentorum præparations, ex quibus (summa Dei gratia) in dies insignes effectus & virtutes prodeunt, laceferent. Cum enim illæ juxta conditiones ab Hippocrate desideratas, tutò, citò & jucundè operentur: quorsum ignari isti putidas suas decoctiones, & fastidiosas stomachaque invisas, inscitè & impudenter præferre au-

fint?

Redeamus ad panem, quem ut sit bonus & salubris, Galenus vult ex optimo tritico, & à suo fufare separato fieri, mediocriter candidum, optimè pistum, fermentatum, sale conditum, &c, ut par est, coctum.

Oribasius lib. collect. medic. cap. 8. de panibus triticeis loquens, idem sentit cum Galeno his verbis: Optimus panis & saluberrimus, inquit, est,

est, qui plurimum fermenti, plurimumq; salis ha- *Ad panem*
 beat, quique plurimum sit subactus, & elabora- *conficiendus*
 tus, ac in cibano moderatè calido sit assatus: *necessaria*
Hoc verò, quod dixi, plurimum fermenti atque *sunt fermenta*
salis in gusto dijudicari debet atq; discerni. Quod *sum & Sal.*
 enim in copiosore horum mistura est, jam mo-
 lestem id, & noxium est.

Ex his apparet Galeni & Oribasii aliorumq;
 innotiorum authoritatibus, quām salubris sit pa-
 nis mediocriter salitus, quamq; inter alios lau-
 dabilis: cum tamen sint medici quidam, qui sa-
 lem in pane prohibeant: qui planè error est po-
 pularis.

Ex his, quæ suprà diximus, liquere potest, quæ apud pistores placenta, pastilli, & id genus cru- *Placenta*
 staceorum panum, qui omni fermento carent: *pistoriū abs-*
prosorsus esse insalubres & noxiæ, tum ægris, tum *que fermenta* *cocta, no-*
etiam sanis. Eiusmodi enim pastæ fermento de- *xia.*
 stitutæ, dum subiguntur, & manibus elaboran-
 tur, aqua subinde dilutæ, tandem in gluten &
 collam vertuntur, & ichthyocollam, qua fabri li-
 gnarii utuntur in conglutinandis suis afferibus,
 duritie adæquant: quin etiam usque adeo solida
 ac dura evadunt hæc condimentorum & libo-
 rum genera, ut duritie lapidem vincant. Quod
 minimè fermentatae pastæ accidit. Hinc sit, ut ex
 fermentatis id genus pastis variæ obstructio-
 nes in corporibus nostris nascentur, causæque
 materiales calculorum, aliorumque id genus
 morborum, ad hunc fontem jure merito revo-
 centur.

Excus-

Excussis singulatim ac fusè omnibus iis, quæ de pane dictu necessaria nobis visa sunt, deque granis aliis, quæ in cibum nostrum accommodantur, & quæ in farinam ac pastam subigi possunt: de reliquis alimentis, ne quid silentio supprimatur, opportunè consequentur dicendum esset: ac imprimis de carnis tot tamq; variorum animalium, quæ partim in terra graduerit, partim in aëre volitant, & partim in aquis tum marinis, tum fluvialibus natitant, quibus omnibus vesci solemus. Quin & hic aptè de variis terræ fructibus differeretur, tum æstivis, tum hybernis, qui suis temporibus nobis enascuntur in usum quotidianum ad voluptatem potius & delicias, quam ad firmum & solidum alimentū: quorum tamen aliqui in medicamentum etiam nobis cedant. Sed cum tractatus noster brevis, tantam rerum copiam non ferat, quæ magnum & prolixum volumen impletant: cumque apud authores ubique abunde de iis differatur, ab eorum fusiore examine supersedeimus, breviter tamen de iis in sectione tertia huius tractatus disceptatur, cum, qui nobis sint utiles cibi, & quæ alimenta noxia ostendemus.

Hic subjiciemus de vino, præcipua altera alimenti nostri parte, & usitatioribus aliis potibus explicationem cui caput proximè sequens assignavimus, ad quod benevolus lector, cum opus fuerit, poterit divertere.

DE

DE VINO ALIISQVE
POTIBVS, TVM IN ALIMENTVM
corporis nostri, & vitæ conservatio-
nem, tum in morborum cura-
tionem necessariis.

Cap. VI.

SI verum est quod assertunt Philosophi, in frigore mortem, in calore vitam esse repolitam, nonnullorum opinionem, ignorationis aut pertinaciæ spiritu magis, quam anore veritatis contendentium, aperte erroneam demonstrabimus, dum axioma hoc suum tueri volunt, frigidam aquam usui hominis in alimentum, & vitæ conservationem, vino esse aptiorem & utiliorem. Cum enim vinum calidæ sit essentia, spiritibus vitalibus abundet, & à Deo Opt. Max. nobis datum sit in recreationem cordis: sicut panis in hominis alimentum, id regio Propheta differente, quis ibit inficias, ap- *Psal. 104.*

primè nostræ naturæ esse amicum atque consentaneum? Faceant igitur isti homines, qui judicant vinum in hominis detrimentum potius, quam commodum fuisse à Deo concessum: suam alibi pertinaciæ ostentent, ignorantiamque patefaciant, qui non vereantur, tam falsam tueri opinionem, quam neque ratione, neque autoritate ulla fulcire possint. E contrà vero nulli

*Error quo-
rundam de
vino confu-
satur.*

nulli non constat, uno consensu omnes Philosophos ac Medicos scribere de singularibus vini virtutibus, imo etiam vinum inter optima ac maximè substantialia ac succosa alimenta re-censere; ut Gal. de eo sentit lib. 3. de alimentorum facultatibus, ubi nonnullorum medicorum sententiam impugnat, qui asserunt, alimentum quod & cibum, edulium, & esca dicitur, contrarium potus seu potionis quid esse, ea de causa vinum alimentum vocari nolunt.

z. dialog. de leg. Plato imprimis in id genus homines insurgit, qui tantum de vim bonitate & virtute detrahunt, in eosque hæc scribit, *Vinum*, ut ferunt

*Quæ sine
vini pro-
prietas ac
virtutes.* nonnulli (inquit) ad unctionem hominibus datum est, ut insaniant. Ut autem sermo habet nos-ter, remedium & medicina in contrarium, ut anima quidem pudorem: corpus autem sanita-tem & vires adipiscatur.

Quin & in Timæo idem Plato, ut naturam & qualitates vini propriè definiret, scribit in hæc verba: *Quod animam simil cuin corpore calefacit, vinum dicitur.*

Denique ea est omnium medicorum senten-tia, vinum esse calidæ facultatis ad generandum sanguinem aptissimum, in cuius naturam facile transit: Vnde inter præcipua alimenta secundum panem continuendum est, primumq; nostrorum spirituum instaurativum. Quam eriam opinionem sequitur Gal. lib. 3. de Aliment. fa-cult. in quo de vino privatim caput scripsit, ubi sententia eorum quæ supra dicta sunt, contine-tur: nec in eodem libro, de aqua uspiam tanquam de

de alimento tractatur, ut quæ inter alimenta non
censeatur.

Galeni sequitur sententiam Oribasius, easdem
qualitates ac facultates vino tribuens in lib. suo
περὶ οἰνοῦ cap. 12, his verbis: *Vnum igitur recreat,*
ac calorem suscitat nostrum: atque ideo conco-
ctiones meliores fiunt, & sanguis probus gignit-
tur, alimentumque in omnem corporis partem
à vino, quia vim habet permeandi, diducitur.
Quocirca eos, qui tenues ex morbis fiunt, ha-
bitiones reddit, & simul etiam appetitum alimen-
torum affert, pituitam attenuat, bilem urinis
expurgat, jucunditateque & alacritate perfundit
animum, & robur addit. Vnum ergo moderata-
tè potum (inquit) est horum bonorum causa,
immodice vero, contrariorum.

Hinc constat ex usu, non abusu vini, magnas
eius esse facultates ac vires, tum ad aleendum,
quod copiosum gignat sanguinem, tum ad vir-
tutem cordis corroborandam, tum etiam ad
instaurandos languentes aut deficientes nostros
spiritus, tum ad multa alia præstanda, quæ cor-
pori humano maximè utilia sunt, sive conser-
vanda sit sanitas, sive morbi profigandi, quo-
rum curationi conductus, ut paulo post suo loco
dicemus, postquam de differentiis eius disserue-
rimus.

Galenus tertio commentario quem in librum
de ratione victus in morbis acutis Hippocratis
edidit. Aëtius tetr. i. serm. i. tr. de vino, &c de vi-
ctus ratione in morbis acutis. Egin. lib. i. de
re medica cap. 15. Actuar. de Spirit. ani. nutr.

O

cap.

Varie vino. cap. 8. Hi, inquam, authores varias vinorum differentias constituerunt, quas in medium primò proferemus: deinde nostras adjiciemus.

Prima vini differentia in colore statuitur, quatenus aliud est album instar aquæ, aliud flavum & coloris paleæ aut tibi pulæ: aliud heluellum, & colorem rubini dilutioris ac vivacioris referens: aliud rubino vegetiori, aut coloratori simile: aliud granato clariori: aliud granato rubicundiori & obscuriori colore respondens.

Secunda in sapore posita est: alia enim viña dulcia sunt: alia austera & pontica: alia gratissimi saporis: alia insuavis gustus: alia matura: alia non satis cocta.

Tertia vinorum differentia, consistentia rationem habet, ut alia sint admodum tenuia & spirituosa, qualia sunt vina Græca & Canaria-na, aut nullas aut paucas foeces gignantia: alia verò crassa & admodum materialia, magnam tartari atque foecum copiam deponentia: Alia inter utramque hanc differentiam medium tenentia: qualia sunt in Gallia nostra, vina, quæ dicuntur de Grave, & quæ in aliis Vasconia-variis locis crescere solent. Huiusmodi sunt vina, quæ in Gallia Narbonensi, *vin de Cante-perdrix*, dici solent, *vin de Beaulne* in Burgundia, & varia alia, quæ in multis Galliæ locis nascuntur, vina, inquam, tenuia spirituosaque potius, quam materialia & crassa: quæque idcirco salubriora & præstantiora sunt, aliis longè terrestribus & multas foeces ex se deturbantibus.

Quar-

Quarta in odore sita est, quem gratum & suavem bona omnia vina obtinent: reliqua ingratum. Hinc situr docti bibones, odore vini bonitatem vel pravitatem, priusquam degulcent, experiri soleant, pronuncientque de vino sententiam. Alia odore carent: quo arguitur spiritu carere, ideoque bonitate: quod vini bonitas in spiritu eius posita sit.

Nec alienum fuerit à proposito hoc loco narrare, quid in vinis tentandis fiat Burdegalæ; quod cum sit verissimum, multi tamen in dubium vocaturi sunt, nisi qui ibi rei periculum fieri (ut ego, qui primam illuc in studiis ætatem trivi) viderint. Omnia Vasconiæ vina, quæ mari in varias provincias avehenda, Burdegalam comportantur. Illuc convecta, in cellas publicas immensæ longitudinis ac latitudinis, ut forum vinarium verè dici possint, in hunc finem constructas, & ab urbe paulisper subdactas, reponuntur: atque ita comprehensis ordinibus seriatim componuntur, ut inter ordines desit spatium ad perforandum dolium, è quo vinum hauriatur. Quo sit, ut mercatores, vina empturientes, & in hac reversatissimi, non ex gustu vini, notent, quæ probant, vini dolia: sed super singulos ordines vasorum gradientes, in singulis vasis, gressum prementes, facile dignoscant, quæ spirituosiora sunt & leviora, atq; idcirco ut meliora sigillis suis ed notent. Levius enim ac agilius super meliora incedunt vina, quam super crassiora ac terrestriora, quæ gravorem & tardiorum gressuum reddunt.

O 2

Aliæ

Aliæ porrò sunt vini differentiae ex tempore petitæ, ut cùm vina alia aliis recentiora, aut vetustiora sunt: siquidem pro varietate, & vetustate temporis, variam qualitatem contrahunt: alia enim temporis spatio potentiora & calidiora redduntur: colore, sapore & substantia variant: alia vero viribus imminuuntur, & brevi temporis intervallo fugiunt.

Differentiae aliae vinorum petuntur ex regionibus & terræ varietate, ubi crescunt: quod ut doceamus, non excurram alio, quàm in Galliam nostram, ubi in hoc clima te alia vina, in alio alia diversæ naturæ, sive ex soli qualitate, sive ex racemi natura id fiat, producuntur. Quicquid est, satis nobis constat, vina hìc, quàm illuc meliora: nec ubiq; æqualia bonitate nasci: imò in eodem vineto vineas alias aliis vini melioris esse feraciores, alias deterioris, quotidiana experientia confirmatur. Sic vinum de Conflans, d' Hain, & similia probata sunt Aurelianis salubriora, atque idcirò Regibus nostris congruentiora, quod non ita vaporibus & fumis suis caput feriant, ut alia. Hinc in Oeconomia Regis nostri sancitum est lege domestica, ne Oeconomus cum ad hoc munus vocatur, Aurelianum vinum Regiæ Majestati ausit propinare: quod bona fide & jurejurando se præstitorum promittit: Etsi Aureliana vina inter cætera sapore quàm levavilissimo excellant.

Postrema vinorum differentia ex eorum facultatibus & proprietatibus desumitur.

Sed hìc quæritur quid utilitatis, istarum omnium

nium differentiarum cognitio Medico pariat? Maximam testatur Aetius tetr. 1. serm. 1. his ver-
bis: Quāndo quidem verò , inquit, plurimas in “
vino differentias reperimus , distingendum est “
de ipsis,quām brevissimè id fieri potest. Rubra “
itaque & crassa ex omnibus ad generandum san-“
guinem commodissima sunt, ut quæ parva ege-“
ant in sanguinem transmutatione. Deinde ni-“
gra,simulq; dulcia & crassa : Deinde colore qui-“
dem rufa aut nigra, compage verò crassa & ha-“
bentia simul adstringentia qualitatem.Hic mi-“
nus valent alba , simulq; crassa & acerba ad nu-“
tritionem. Minimè verò omnium alunt,colore “
alba, compage tenuia & quodammodo aquæ si-“
milia. Concoquuntur autem in ventriculo , & “
magis distribuuntur dulcia, quām aufera,ut po-“
te calidiore vi prædita: sed & ventrem magis “
subducunt. Ceterum validè crassa & tardius con-“
coquuntur, & tardius in corpus distribuuntur. “
Vbi autem ventriculum robustum nacta faerint, “
ut probè concoquuntur , amplius nutrimentum “
corpori præbent. Manifestum est autem , quod “
& alvum sustinent, & urinæ ciendæ incommoda “
existunt : in quibusdam crassum succum gene-“
rantes. Quædam ex ipsis etiam jecur & lienem, “
ac renes obturant: atque inde aliqui in aquam “
intercutem incident: aliqui è calculo laborant “
ex nimio ipsorum usu & præsertim senes. Tan-“
dem Aetius sic concludit: Optimum vinum est, & “
sanis,& ex morbo se recolligentibus,commodis-“
simum,quod colore rufum,compage tenue, & le-“
viter subastrigens existit.

O 3

Ex

Ex his omnibus, ac ex iis quæ ab Hippocrate scripta sunt lib. 3. de ratione viætus in morbis acutis, nec non à Galeno in principio commentarii tertii eiusdem libri, aliisque locis, medicus discat, quæ vina meliora, salubriora, ac conservata sua vanae sanitati congruentiora sunt, ut quæ in cu-
lib. Meth. med. & sa-
 ram multorum morborum concedantur, tum mera, tum plus aut minus aqua diluta.

Non enim tantum alendo nostro corpori aptum est vinum, aut cordi recreando, & instaurando acroborandis spiritibus nostris : Quin & eius facultates ac virtutes ad medicandum curandumq; protenduntur, ut non solum ex Hippocratis testimonio probabimus libro iam citato, Galenoq; eius interprete : sed ex omnium celeberrimorum medicorum, Græcorum, Arabum, & Latinorum uno eodemq; consensu. Quod idcirco in medium proferimus : ut qui nituntur vi- ni tanquam humane naturæ noxiæ usum explodere, desinant antiquorum, quos male consuluerunt, autoritate, errores suos tueri. Nec defunt & nostra ætate tales medici, cum non ita pridem mihi relatum sit à nobilissimo viro fide digno, & inter Galliæ quæstores ærarios primario (mibiique pro meritis colendo) quosdam esse, qui tam absurdæ, & à veritate antiquorum aliena non erubescant docere, & aliis persuadere velle. Quæ cum ille, dum hoc argumentum tractarem, mihi recitasset, promisi, ex testimonio & consensu antiquorum omnium medicorum errorem illum, quo imbutus fuerat, facile consumaturum. Vnde arripui occasione in horum fusius

fusus explicandorum, quæ æqui bonique benevolus quivis lector confulet.

Hæc sunt etiam quæ Aretæus inter antiquissimos Græcos, ab Hippocrate, cuius summus est initiator, testatur de uso ac proprietate vini in phrenesi etiam, deliquio animi aut syncope stiptata. Sed cum metus sit ne in vaporem humiditatemque homo dissolvatur, unicum subsidium vinum est: celeriter enim substantiam alendo instaurat, & quoquo versus ad extremitates usq; permeat: tenori tenorem apponit, & spirituum torpentinum expergeficit: frigiditatem calore temperat, laxantem madorem adstringit, extrorsum erumpentia ac diffluentia coerget: olfactu suavi delectat: vires deum fulcire ad vitam prorogandam potest, atque in insania ad animum demulcendum optimum est. Hæc omnia e potum vinum simul præstat, iracundia enim mollescente animus conquiescit: atque ipsim ad recreandas vires cibos accipiunt: quin etiam se ipsos ad voluptatem replent.

Hæc una tanti viri authoritas satis esse debet ad errorem illum diluendum, quo isti sibi licere putant aliis imponere: veruntamen alias authoritates citabimus, quæ nostram hanc sententiam confirmant.

Dum virtutes vini commendando, eiusque proprietates enarrabo, nolim inde inferri, omnibus nullo discriminé administrandum esse, aut quibusvis ægrotantibus, ut febricitantibus, inflammatione interna laborantibus, & id genus aliis, ubi ptisana, aut alijs liquor humectans ac refrig-

gerans congruentior sit exhibendus. Idcirco medici prudentia requiritur, ut quibus morbis aptius sit, vinum praescribat, iuxtaque naturam ægrotantis, quam nosse debet, naturam morbi & causarum illius, idoneos potus administret.

Sed ut ostendam vinum sine ulla exceptione longè insignius ac utilius magisq; necessarium alimentum, aquâ: utq; diluam erroneam istorum hominum opinionem, proferam iterum aliud Tralliani testimonium, qui 12. lib. cap. 4. de hæc tis loquens, iis usum vini concedit, idque non sine moderatione à prudente medico præscripta, qualis ille fuit. Atq; hæc sunt, quæ scribit. Vinum iis qui frigidam sicciamq; intemperiem in solidis particulis habent, &c marasma ex morbo (ut vocant) detinentur, exhibere ne cesset, ut quos calefacere simul & humectare oporteat: quæ omnia vinum moderatum præstare ipsis potest. Qui vero cum febre marcessunt, præsertim, qui macie torrentur: iis vinum dare cautio est, ut quod eis, si quid aliud, maximè adversetur.

Idem Trall. eodem libro, cap. 3. de syncope tractans hæc scribit: Vinum dare febris quidem causa non oportet; verum ob crudiores materialia superantem eorum, quæ sensim extenuare & calefacere possunt, usus existit. Nihil itaque absurdum est, vinum tenue, quod in corpus facile distribuitur, & nullam manifestam adstrictiō nem, aut dulcedinem obtinet, exhibere. Ætate vero non nimium recens, neque vetus esto, neque colore nigrum, sed potius subfulvum, & album,

bum, & substantiâ tenuë. Cupimus enim ut quâm
primum in venas, totumque corpus distribua-
tur: præsertim cum vires collapsas, &c in peri-
culo interius constitutas, recreare festinamus.
Quin etiam, si ab igneis inflammationibus deli-
quia animi suscitentur, vitæq; periculum subesse
cognoveris, vinum inox exhibebis, maximè
quod chondro incocto superfuderis, &c.

Vt autem ostendat, quantâ virtute polleat vi-
num ad instaurandas corporis vires, vel etiam
imbecillimas & toras propè prostratas, idem scri-
bit, quæ sequuntur: lib. 7. cap. 14. Sin autem vi-
res urgeant extremon perfrictiones, convul-
sionesque, & animi defectio oriatur: salutare est
etiam vinum decocto admisere. Nam vinum
(addit) omnium maximè subito & celeriter
vires collapsas refocillare potest: ac multos no-
vi ex sola illius potionē, præter spem, mortis
periculum evasisse.

Producendus adhuc nobis hic est aliud locus
ex eodem Tralliano, insignis & elegans, Vbi,
qui in sanitatem corporis & curationem morbo-
rum præferunt aquam vino, ipsūq; tam pro-
tervè respuant ac vituperant, quasi exitiale quid
potius, quâm salubre & utile, erroris & falsitatis
sue damnationem audient. Hæc igitur verba
sunt Tralliani, dum agit de phrenitide curanda,
que ad nostrum iterum faciunt institutum. Quin
& vinum (inquit) quod sitim restinguat, dare
phreniticis audendum est, in quibus multæ ur-
gent vigilie & vires sunt imbecillæ: febres au-
tem nondum vehementiam, neque ardorem

O 5 ha-

,, habent: sed quædam coneocatio urinarum quoq;
,, in eis apparet. Præterea illis cum fiducia dandum
,, est, qui per sanitatem quoque vinum amare con-
,, siveverunt, & os ventriculi imbecillum & natura
,, frigidius obtinent. In his enim tempistica est
,, vini potio, & otnibus mente alienatis, si mo-
,, dicè assūmatur. Nam ferociam ipsorum mutat,
,, & ferinos mores ad hilaritatem transfert, som-
,, numque conciliat, eò quod cibum celeriter con-
,, coquat, & in totum corpus distribuendum ad-
,, juvet. In quibus igitur nulla fervens inflamma-
,, tio aut magnus admodum calor præcordia in-
,, festet, & vires infirmentur, audacter vinum ipsis
,, exhibeto. Majus enim ex eo commodum erit,
,, quam quæ noxa fore putetur. Si enim vires re-
,, collectæ fuerint, & non collabi permittæ, om-
,, nia tentare possimus, & multifariam ægro suc-
,, currere. Collapsis autem ipsis, omnis medico-
,, rum curatio desperata erit. Quare metiri conve-
,, nit, & noxam quæ ex vino expectatur, & com-
,, modum: atq; si plura fuerint, quæ permittant,
,, propinare debes, minorem offensionem con-
,, temnendo. Fieri enim haud potest, ut id quod
,, juvat, aliqua etiam parte non noceat. Medicis
,, autem est eiusmodi tūm metiri, tūm judicare.
,, Nam si universa moderata quantitate, qualitate,
,, ordine & tempore adhibeantur, totam artem
,, absolvunt, coasummantrique, & finem bonum
,, imponunt.

Atque hæc sunt, quibus prudens Medicus in-
tentus esse debet ex consilio Tralliani, ut usum
vini in gravissimis etiam morbis vel concedat,

vel

vel detrahatur, prout viderit expedire, non ut prorsus rejiciat ac damnat, quasi perniciosum quid potius, quam utile.

Pergamus ad aliarum vini facultatum expositionem, ut tandem finem huic orationi imponamus: Omnibus venenis contrarium est, ut vult Celsus, lib. 8. de re medica cap. 27. Quidam, inquit, post rabiosi canis morsum, protinus in balneum mittunt, ibique patiuntur defudare dum vires corporis sinunt, ulcere adaperto, quo magis ex eo quoque virus destillet: Deinde multo meracoque vino excipiunt, quod omnibus venenis contrarium est.

Vinum porro inter omnia alia, praesidia, summa est senectutis medicina: quod docet Aetius tetr. 1. serm. 4. cap. 30. de ratione victus senum: Vinum vero, inquit, senibus utilissimum est. Sit autem ex caldioribus natura, quale est quod substantia quidem tenue est, colore autem fulvum, aut flavum. Atque unum quidem hoc maximum bonum senibus accedit, quod calefiunt omnes eorum partes: deinde quod serum sanguinis per urinas purgatur.

Quid praeterea de vino dicemus, quod non tantum nutriendo corpori, recreandis & corroborandis cordis viribus, & innumeris aegritudinibus curandis aptum est: sed & mentis medicamentum optimum est ex Oribasii sententia? Sic enim Oribasius lib. 3. Medic. collect. cap. 7. scribebat: Quin etiam vinum poterit animal quodammodo asfucere, quippe cum vinum sit mæroris medicamentum: Atque Helena qui-

, quidem mihi videtur hoc crateri infusisse, ut
,, mærorem sedaret.

I. dialog de legibus. In hoc argumentum Plato quoque dicebat,
,, Evidem, inquit, si infinita commemores, nun-
,, quam invenies, in quo per jocam, sine omni pror-
,, sus periculo, spectare ingenia, sicut in vino, licet.

Satis superque de natura, differentiis & sin-
gularibus vini proprietatibus ac facultatibus, ex-
spiritibus, quibus abundat, ei comparatis, di-
ctum est. Similes secundum vinum tritico, ac o-
mnibus frumentis, granisque ex quibus elicetur
farina, insunt: ex quibus sola fermentatione,
aque vitæ adurentis copia extillari potest, qua-
lis ex vino prolicitur; ex fructibus quoque, sed
minore copia, eiusdem fermentationis vi, aqua
vitæ similis extrahi potest. Quin & per eandem
fermentationem duplex potus genus optimum
ex pomis & pyris in Normandia conficitur, qui-
bus potibus inebriantur etiam, qui immodicè
illis utuntur, perinde ac vino: nec non ex illis et-
iam ardentissima aqua, ut diximus, educi po-
test.

Iudem aut similes spectantur effectus in variis
cerevisiarum generibus, quæ ex hordeo granisq;
aliis concinnantur: quibus potantur Angli, Bel-
gæ, & plerique Germani, vini loco, non mi-
nus caput affidentes, quam vinum ipsum: ex
quibus etiam aqua vitæ ardentissima educitur,
quæ vim in ipsis alimentosam & roborantem la-
tere, satis arguit. Propria enim sunt hæc spiri-
tuū officia, & effectus, qui idcirco non ab-
surdè (sed in primis virtus ex vino expressa) spi-
ritus

ritus & aquæ vitæ à præclaris Philosophis vo-
cantur : quibus cùm aqua simplex careat, nullo
modo alimentosa, nec corroborans dici potest;
nullamque est alimentum, qualecumque fuerit,
sive vegetabile, sive animale, quod eiusmodi
spirituum non sit particeps : unde ingeniosus
artifex, & verè Philosophus, aquam vite non
extrahat ea ratione & methodo, quam in phar-
macopœa nostra Dogmaticorum restituta, cap.
de aquarum restitutione, ad educendos ex om-
nibus granis, seminibus, radicibus, foliis, flori-
bus, spiritus, docuimus ? Quod caput de aquis,
cum initio eiusdem mæ pharmæcopœæ me in-
scio iam in lucem editum sit, fiet inde, ut inte-
gram primo quoq; tempore eam typis subjecien-
dam curem. Id jam pridem à me factum fuisset,
nisi in convitiis quorundam Censorum, tuendi
honoris causâ, refellendis, tum infinitis distra-
ctus negotiis tempus per integrum annum aliis
interviendo perdere, coactus fuisset. Illic vide-
bitur, præseruum in tractatu de signaturis rerum
internis, & de prisorum Philosophorum medic.
materiæ præparandæ modo, quanta qualiq; sic
vini cum sanguine nostro analogia & consensu,
quem calorem, quémve motum ex se vini spi-
ritus producat: Quin & ibidem animadveretur,
easdæ ex sanguine operationes educi, quæ ex
vino elaborantur. Quæ quidem operatio Lunaria
maiior à Lullio dicitur : veraq; est ac vitalis
sanguinis anatomia, qua verus Philosoph⁹ in eo
longè quid maius deprehendit, quam quatuor
folias illas humorum species, ubiq; in scholis ha-
cte-

Etens decantatas. Atque illæ sunt tam elegantes operationes, quas circa causæ cognitionem, nonnulli furiosè impetunt, quibus noti secus mysteria illa patent, quām cœcis cognita est colorum varietas, de quibus judicium ferant.

Præter eiusmodi cerevisias, pomaria, & pytaria vina, aliosque id genus potus, quos necessitas invexit variis in locis, nec non utilitas ad aleendum corpus: plura alia sunt potuum genera excoigitata, quæ & alimenti & medicamenti vires suppleant. Huius generis sunt hydroinella,

Hydromel.

quæ antiquis maximè familiaria fuerunt & usitata. Variè autem concinnantur, quin & nonnulla etiam sunt usque adeò vinosa, ut malvatica vina bonitate & generositate æquent: quod iminoderatè potum facilè inebriat, tantumque aut plus etiam, vel potentissimo vino calfaciat: Ex eo magna aquæ ardoris copia, eiusque potentioris, quām quæ est vini, prolixatur, quamvis ex sola aqua & melle, debita proportione mixta, debite exhalatis, fermentatis, & ad solem aliquandiu, vel in cella vinaria, non usque quaque humida decoctis, constet. Hoc idem Hydromel separato spiritu, usque adeò acescit, ut vini acetum quam fortissimum supereret. Denique vires obtinet, ac qualitates admodum calfacentes, ut quod ex materia roris cœlestis ac spiritualis, digestionem in animali, hoc est, apibus jam passæ, partim confectum sit: Quæ quidem apum digestio longè potentior est, omni alia quæ per vegetabilia perficiuntur: cum & vegetabilium digestio sub animalis dige-

digestione, quod primò herbis pascitur, continetur: Sed de tām eleganti Philosophia, aperiūtis in aliis meis operibus differui, ad quā lectorem relego, ne toties dicta repeatantur.

Multæ sunt aliæ hydromellum species, & simplices, & compositæ, tum in alimentum, tum in medicamentum utiles, de quibus in Pharmacopœa nostra restituta, omnibus fatis superq; tractabimus.

Varia etiam ptisanarum genera conficiuntur, quæ in morbis, loco vini usurpantur, quas hīc non opus est inserere.

Quin & medicata vinā multorum generum *Vina medicata.* concinnantur: Qua dere consulendus est My-
repliſus inter omnes, ſect. 37. cap. 29. Aët. tetr. 1.
ferm. 3. cap. 58. 60. & 61. Oribasius lib. 5. medic. collect. cap. 25. Trall. lib. 1. cap. 15. Egineta lib. 1. de re med. cap. 23. & lib. 7. cap. 9. Celsus lib. de re med. 4. cap. 5. De ſtomachi morbis eōrumque curatione. Apud illos liceat vidēre, innumerā vinorum genera, purgantia & alia, quo- rum jam aliquam in pharmacopœa nostra de-criptionem exhibuimus. Atque hæ ſunt varie utilitates & proprietates vini, aliorumque po- tuum, ē quibus facile est perpendere, an ad potus aquarum accedant, & cum iis ullo modo conferri queant.

DE



DE A Q V A.

Cap. VII.

COMMUNIS aqua (utpote ad elementum aqueum proximè accedens) frigidæ est & humidæ qualitatis: non caret illa vitali principio, ut nec reliqua omnia creata, prout alibi docuimus: eius usus admodum necessarius est, ac utilis (si quid aliud est) ad vitæ conservationem.

Vix aqua. Terra enim eius irrigatione, germina, & fructus producit, quæ aliqui sterilis, & infrigifera langueret. Ea aquaniur animalia alia cum hominibus, ut sitim extinguant, nec commodè alioqui citra eius usum viverent.

Hac diluitur farina, ut pasta fiat, & panis: nec citra illam edulia in usum hominis coquuntur: hæc pariter non parvo usui est ad maltos potus alimentosos ac medicamentosos conficiendos in salutem hominis. Denique si huc congerere omnes illius usus, ac commoditates proposuerim, nullus unquam fiet finis. Satis est milii illius proprietates indagare, quæ diætæ sanitatique conservandæ congruae ac necessarie fuerint. In quem finem summe necessaria est medico facultatum illius cognitio. Atq; id ipsum est, quod nos docet Ægineta lib. primo de re medic. cap. 50.

,, De Aquis, inscripto, quod sic orditur: Oportet , etiam (inquit) aquarum virtutis ac vitii peritū esse.

esse. Multi enim usus sunt aquæ, præ omnibus fere rebus aliis, ad omnem virtutem rationem.

Vt autem bonas ac laudabiles aquas à vitiosis distinguamus, differentiæ illarum primò nobis ferentie & cognoscendæ sunt: quæ ex sententia Aetii in quarum genere spectatæ, quintuplices numero sunt: aqua pluvia, fontana, putealis, fluvialis, & stagnosa serm. 3. 163 vel lacunosa: quæ quidem generales differentiæ, in alias specialiores dividendæ sunt. A quæ enim pluvia nomine intelligi potest, quicquid ab aëre in terram defluit, aquæ formam obtinens. Quod cum variè accidat, diversas quoque distinctiones, ut necessarias postularat.

Aliæ enim sunt pluviae lenes ac suaves, quæ nulla aëris commotione decidunt: aliæ sunt procellosiores. Præterea nivalium quoq; aquarum, à pluviis distinctarum, nobis statuendum est discrimen: quæ etsi inter levissimas censentur, quod sublimatae & destillatae fuerint, ideoque putrefactæ aut digestæ: hoc nomine tamen inter optimas aquas non sunt reponendæ, ut quæ febricitantibus & ictericis incommodæ & detimentosæ sint, ut scribit Aetius eodem loco: Verum febricitibus, inquit, & iis qui bilem superne ac infernæ reddunt, & regio morbo, incommoda est. Subiungitq; postea: Quare neq; extergit, neq; concoquit, neq; madefacit, & extremitates impedit: diurniorq;, tardius item concoquitur ac digeritur: De aqua pluvia loquitur. Antea enim dixerat, eam non nisi recentem esse utilem, idq; si traiiceretur aut transcolaretur. Quæ magna est molestia & nimia servitus,

in potū aquæ. Nec dubium est tamen, quin cister-
narum aquæ in Italia usitissimæ, & quæ in Gal-
lia nunc frequentes esse solent, liberent aquas
hac træctionis molestia. Si quidem eiusmodi
aqua per arenam transfusa, atq; sic repurgata,
leviorq; reddita inter optimas certetur, sive gu-
stus, sive valetudinis habeatur ratio.

Quod ad fontanas aquas attinet, usitatissimæ
sunt omnium, atq; inter optimas connumeran-
tur. Veruntamen advertendum est accuratè, in
quam partem fluant, & quo sole spectentur. Si
enim ab Oriente id fiat, ceteris præstant, ut ait
Oribasius, humiditate, tenuitate, odoris suavi-
tate, & moderatè refrigerando, moderateq; ca-
lefaciendo. Aëtius loco præcitato in huiusmodi
aquis exigit, ut per meatum quendam, aut terram
puram excolentur, calefiant ac refrigerent citis-
simè. Has ait inter alias esse optimas, nisi ali-
quod vitium ex cloacis contrahant.

*Note opti-
mariæ aqua-
rum.*

Fontanæ vero aquæ (addit Aëtius) quarum
fontes ad septentrionem erumpunt ex petris stil-
lantes, solein aversum habent, incostiles ac tar-
di transitus sunt, tardeq; calefunt & frigescunt;
idcirco aliis deteriores sunt: Quæ ad Oceiden-
tem vergunt, ut ait Oribasius, violenter sunt, &
refrigeratione, & duritie. Quæ ad meridiem
spectant, magis falsæ sunt, & calidiores, & ad
mejendum non idoneæ, sed ad descendendum
per intestina prontiores.

Aqua ex puteis vivas scaturientes habenti-
bus, ex quibus in horas haeritur aqua, si nul-
lum aliunde vitium accedat, inter bonas cense-
tur,

tur, & quibusdam hominum naturis congrua est. De ea sic scribebat Aetius eodem libro & capite : At puteana, inquit, frigida est, terrâ dif-
ficulter excernitur, ægrè digeritur : propterea æstrosò stomacho aut ventri commodior est, quam fontana.

In examen aquarum fluvialium & putealium, naturæ terrarum, & loca unde scaturiunt, nobis imprimis observanda sunt: sive sit locus planus & campestris: sive monticulosus, aut etiam montanus: Nam qui fontes aut putei in planis locis siti, in suo nativo solo scaturigines nasci sunt, minus commodas ac salubres aquas producent, quam quæ ex altioribus & montanis locis decurrent. Ut enim scribit Oribasius libro iam citato, colles & montes ad bonas aquas eructandas potiores sunt humiliore & planiore solo. Nam & puriores & tenuiores, ac odoratione, dulcedi- neq; suaviores aquas emittunt.

Distinguenda porro sunt eiusmodi loca. Quædam enim sunt plana quidem, sed sub quibus rupe delitescunt, ex quibus aquæ frigidiores emergunt, quam ubi nullæ sunt. Quædam sunt arenosa, aut pinguia & opima arva, ex quibus quæ scaturiunt origines, semper meliores aliis habentur.

Quod verò ad eas aquas attinet, quæ ex montibus & collibus delabuntur, cum alii montes aut colles sint terrei, (ut ibidem scribit Oribasius) alii petrosi, pro varia natura diversas etiam aquas emittunt. Terrei siquidem ferunt præstantiores, & mollitie, & minoris frigiditatis : Saxe

P 2 aquas

aquas habent deteriores, tūm duritie, tūm frigore: Pūiores tamen, quām aliae sunt, minimumque habent subsistētiae.

De fluvialibus verò & stagnosis aquis Aëtius loquens, eodem ipsis ordine collocat, cum sic scribit: Fluviales, inquit, aquæ & stagninæ, omnes malæ sunt, Nili aquâ exceptâ: hæc enim (addit) omnibus virtutibus exornata est. In summa, mirum in modum laudat fluminis illius aquam: aqua cùm procul distemus, parum tot illius laudes nobis conferunt. Hinc tamen inferre possumus, cùm istud flumen lutosius sit, quām arenosius, à quo tota Ægypti regio (ut ferunt historiæ) quotannis, cùm ab alveo suo excurrit, impinguatur: omnes fluviorum pingues aquas, pari modo, aliis ex torrente arenoso profluenteribus, esse præferendas. Hinc sit, ut Sequanæ lutosa & pinguis, Ligerinam aquam fabulosam bonitate supereret: Non enim ex Ligeri exundante impinguantur arva, quæ potius adeò arena conteguntur, ut inde sterilescant: At cum Sequana lutosam aquam & pinguem, per opima arva transfluens, obtineat, meliorem idcirco exhibet aquam, tūm quod onera ferat graviora, quām alii Galliæ fluvii, tūm quod equos impinguet, leguminaq; citius, & melius coquat, quæ bona aquæ certissima sunt indicia, ut paulo post dicemus. Hinc concludimus inter optimas re- censendas esse Sequanæ aquas, præfertim si ab hypostasi sua repurgatae fuerint, aut in cisternas depurandæ infundantur.

Llib. 2. de Celsus fluviorum aquas, nec ipse eodem loco,
quo

quo stagninas statuit, quemadmodum nec Aëti-
us: At secundo loco fontanas illas & stinat, pu-
tealibus etiam eas præferens. De stagnosis verò
ac palustribus, quæ quiescunt, nec inveniuntur, ita
ut mortuæ videantur, censem inter pessimas &
summè noxias esse reponendas. Quare (ut in-
quit Aëtius) nunquam talis aqua, alia præsente
debilibus exhibenda est.

Hæ sunt omnes aquarum differentiæ, & qua-
ratione vitiose à bonis secernendæ sint: qua-
rum conditiones & qualitates propriæ, ut verè
bonæ dici possint, huiusmodi esse debent, neimpè
ut bona aqua sit levís, pellucida, limpida, & ocul-
lis grata, ut omni sapore & odore, aliave id ge-
nus qualitate careat: quæ tamen palatum dele-
ctet: ut sitim facile sedet: ut parum diu ventricu-
lo immoretur; ut promptè incalescat, prompte-
que refrigeretur: quæ hyeme calida sit, &estate
gelida: quæ legumina facile, & citò, nec non
carnes, reliquaq; edulia percoquantur. Ea etiam
(inquit Aëtius) bona est, quæ cibos in ventre
bene concoquit. Hæ omnes notæ, bonitatem
aquæ significant: quæ tamen pro variis gradibus
illarum conditionum, vel melior, vel deterior
reditur.

Quæ bona vel mala inferat humano corpori
aqua simplex & cruda, idem Aëtius eodem libro
abundè edocet: ubi tamen questionem reticet,
an aqua elementum sit, nec ne: an nutrit, nec ne,
num alimenti vehiculum sit. Non est, inquit, pro-
positum hic quærere. Ut tamen magnam eius
utilitatem ostendat, quam suprà exposuimus.

initio huius capituli, hæc addit: Quod vero dicere necessarium est, hoc est, quod sine aqua alimentum concoqui non potest, sicut neq; citra aquam, quicquam commodè coqui potest.

Lib. 5. med. collect. c. i. Oribasius Hippocratis sententiam referens, questionem solvit, quam Aëtius videtur de industria subticuisse, aut in dubium vocasse. Sic

Aqua non alit, sed est alimenti tantum rebus. enim scribit, Porro aquam non alere, sed vehiculum tantummodò alimenti esse, & Hippocrates & ceteri præstantissimi medici dixerunt ob eamque causam non potest vitalem facultatem reborare; & hoc fuit in causa, ut Hippocrates ab aquæ usu in ægrotantibus abstinentis, ad mulsam, oxymel, & vinum se contulerit &c.

Quæ Oribasius ex Hippocrate, nec non etiam Galeno, in commentario de ratione victus in morbis acutis transcriptis. Sequuntur verba Hippocratis, quæ postquam de vini usu, etiam oligophori, de hydromelite & oxymelite, usitatis potibus, & in multis acutis morbis concessis, differunt, de aqua subiicit: Aquæ quæ in acutis bibitur, nullum sanè aliud habeo, quod concedam officium. Neque enim in peripneumoniacis tussim sedat, neque sputum educit; imò ceteris minus, si quis aquæ potionē utatur: verū si inter oxymel & mulsam parū aquæ instilletur, ob qualitatis passionum transmutationem sputum educit &c.

Galenus in suo commentario addit, quod sequitur, quodque Oribasius ex ipso mutuatus est ad verbum, in eo textu, quem supra citavimus. Hæc igitur (de aqua optima verba faciens)

cens) quanquam optima sit, multo tamen tempore in ventriculo manet, fluctuationesque plurimas parit: quo sit ut cum bilio^{sus} ventr^{is} culus fuerit, corrumpatur & illa. Præterea cum ex ventriculo ad ieiunum intestinum ægrè perveniat, non facilè distribuitur, neque in hepatis & minus in renes, thoracem, & pulmonem: Quo sit ut neque urinas movere possit, neque sputum educere: imò neque per totum corpus molitur transpirationes: id namque substantia, quæ tenuium sit partium, opus est, calidæq; non frigidæ, nec crassarum partium. Neq; præterea sitim sedat, quod in amplis, tum ventris, tum intestinalium animalis instrumentis, plusculo maneat tempore: neq; prorsus imas penetrat partes, neque siccitatem humectat. Quod autem non alat, antè est dictum: quo sit ut neq; aqua nō vitalem facultatem roborare possit: Atque ea talis facultas est causa, propter quam Hippocrates, ad mulierem, oxymeli & vinum se contulit, in ægris ab aqua simplici abstinentibus. Illud ipsum est quod Hippocratis interpres Galenus docuit, cum scripsit, aquam nullam habere alendi facultatem, his verbis: At quæ nullo pacto nutriunt (ut aqua) ea neq; virtutem habere, neq; imbecillitare, neq; roborare quispiam verè dixerit, nisi id aliquando per accidens contingat. Aqua scilicet non ut alimentum vires recreat: sed benè, ut medicamentum ad temperamenti symmetram, quæ propter ipsius immoderationem imbecilla sunt, reducens.

Ex verbis Hippocratis & Galeni, primo ap-

P 4 pulsū,

pulsu, nullius usus, nec effectus, aquam quis dixerit ad alendum; prout expressis verbis scriptum legitur: imo ne in medicamenti quidem usum transire; veruntamen si attentè expendantur sententiae & distingantur, ut par est, satis constabit, nec ab Hippocrate, nec Galeno usum a-

Num aqua quæ in medicamentum, explodi. Quin argu-
us usus, ait quis mentum ipsius libri Hippocratis, & tota illius
sit in medi- tractatio contrarium docet, præsertim cum hæc
camentum. scribit: In quibus autem maximè utendum sit a-

, , qua, & quando valde multa, & quando gelida
Lib. de ri- & quando calida, partim quidem anteā dictum
Elus rat. ēst: partim vero suo tempore dicetur. Quin &
morbis acu- aliis locis idem Hippocrates censet aquam inter
tis.

alia, ad vitam summè esse necessariam, et si in cu-
ram morborum plures alias potiones commen-
det, cum ipsa compositas, ut ptisanam, hydrome-
li, oxymeli: & quæ ab herbis viridibus, uvis
passis, vinaceis, pyris, cnico, myrtis, panico, &
aliis parantur: (ut eodem libro scribit) quas
quidem simplicis aquæ potai præfert oratio-
nes superiùs allatas.

Hoc ipsum hodiè adhuc inter nos in usu est
inter medicandum: ut scilicet in pleuritidibus,
febribus ardentibus, propinetur ægro citius,
ptisana, aut similis alius potus, mediocriter de-
tergens & humectans, quam simplex aqua frigi-
ga; quam tamen ego quicquid dicant alii, natu-
ræ vitalis ac alimentosæ esse participem censeo:

Cur aqua ut quæ ad naturam elementi sui proximè acce-
pta- dat: quæq; benedictionis fructum ferat, quam
ceps esse di- Deus illi imperitus est, cum iussit, ut aquæ pro-
catur. duce-

dicerent reptile animæ viventis, &c. quæ qui-
dem benedictio permanet adhuc, & permane-
bit in finem seculorum. Huius aquæ vitalis fidem
facient, quæ constrauntur privata vivaria ad
asseruandos pisces: qui licet voraces sint, & ex
præda aliorum piscium videntur: qualis est Lu-
cius, ingentes truttae, & id genus alii, tamen diu
in vita persistant, citra prædiam ullam sola aqua
vitam foventes: quæ illis foret inutilis, si vitali
omni spiritu, & alimentosa facultate, destitue-
rentur.

Nolim tamen inferre aquam, vino aliisque
potibus, & quales nutriendi habere facultates:
quos necessitas ad conservationem vitæ in usum
nostrum excogitavit, quod & salubriores essent,
& magis alerent, quam potus aquæ: Quæ quam-
vis omnibus sit communis, ea tamen non con-
tentи homines, alios sibi potus meliores, maioriſ-
que alimenti indagare omni ingenio non desie-
runt, prout necessitate adacti fuerunt. Sic Ameri-
cani, aliaeq; barbaræ gentes, vineæ plantandæ
ac colendæ imperiti, ex succis fructuum quarum-
dam arborum, potiones concinnare in usum
compulsi sunt: quemadmodum & illi apud quos
vina nasci nequeunt ob caloris defectum, & ter-
ræ repugnantiam, quales diximus esse cerevisias,
pomaria, pyraria, & id genus alia.

Atq; hæc de aqua, pane & vino, nec non aliis
alimentis, quæ præcipua sunt cibi & potus fun-
damenta, satis superq; dicta sint: Restat, ut quæ vel
bona vel mala per temperatum, aut immoderata
eorum usum homini accidant, exponamus.

*Aqua mi-
nus vitalis
spiritus pos-
fider vino
& alijs pa-
tibus.*

DE VARIIS SOBRIETATIS,
ac gulæ ebrietatis effectis.

Cap. VII.

VERMADMODVM ad conservandam ac prorogandam vitam, nihil utilius magis neceſſarium, temperantia ac sobrietate: Sic contraria intemperantia (quæ dicitur medicorum nutritrix) aut ingluvie ac ebrietate nihil perniciſius: quæ idcirco virtus nunquam satis sunt hominibus execranda & detestanda. Vbi enim tanta spurcitas vitiorum eiusmodi, mundum ingressa est, statim hominis deformitas & miseria apparuit, qui cum inter creata omnia (ut propter creaturarum omnium designatus princeps) esset perfectissimus, ideoque inter omnia animalia temperatissimus ac integræ sanitatis: intemperantia sua successu temporis, factus est animalium omnium miserrimus: ut qui longè pluribus ac gravioribus quam reliqua omnes simul creature, morbis sit obnoxius.

*Intemperantia est
fons & ori-
genes pluri-
orum morbo-
rum.*

Fuerunt certè patres nostri prisci seculi, longè temperantiores, ut qui planè lacte, melle, fructibus, herbis contenti, luxum & delicias hodiernas respuerint, & detestati sint. Hinc fit, ut salubrius vixerint, & diutius.

Et quanta isthac luxuria est: quantus excessus, ut fercula ferculis, acetaria acetariis, fructus fructibus, cruda coctis, & in prima, & in secun-

secunda mensa , tertia etiam superaddantur :
 pisces , carnes , recentes , salsi , variorum gene-
 rum assa , elixa conchylia , turdi , ac (ne quid ex-
 cidad) multa farciminum , minuzalium , placen-
 tarum operis pistorii genera , uno & eodem e-
 pulo ingurgitentur , aut ad multam satietatem
 vorentur ? Quis ignorat ex tanta ciborum va-
 rietate in ventriculo promiscue congesta , infi-
 nitas turbas excitari , dum alia citius , alia tardius
 mollescent , & in corpus dividuntur , (ut vene-
 randus scribit Hippocrates) Hanc ob causam
 scripsit Plinius , simplicem cibum homini esse uti-
 lissimum , contra vero ingluviem ac intempe-
 rantiam detrimentosissimam ac perniciosissi-
 mam . Hinc etiam Seneca dicebat , *Diversa Ci-
 baria inquisant , & non alunt.*

Hæc utique vitia , vel multis etiam barbaris
 innotuisse satis constat , qui cum perniciem hu-
 iusmodi intemperantiae , vitæ suæ & valeitudini
 infestam agnoscerent , ab eiusmodi ingluvie ideo
 abstinebant , ut sanitati consulerent : non ut Dei-
 mandatis , quem nullum noverant , obtem-
 perarent . Tales fuerunt Samanai populi , Brack-
 manni , Essei , ex Iudaorum stirpe oriundi , usi scribit
 Iosephus .

Perse olim tanta moderatione & sobrietate lib. 2. de
 us sunt in sua victus ratione , ut (quemadmodum
 scribit Xenophon) apud ipsos non solum ex- lib. de Inft.
 puere & emungi , & fatus plenos viderit turpe Crys.
 haberetur : sed etiam vel meiendi , vel alterius a- honestatis
 licuius eiusmodi rei gratia , euntein aliquo con- studiis qui-
 spici : quod præstare non possent , ut addividem tum in re-
 Xeno-

*Cur simplex
cibus salu-
berrimus.*

seribus Per- Xenophon) nisi & modico nutrimento uteren-
sis. tur, & humore in laborando ita consumerent, ut
aliò quopiam secederet.

Arabum Idem de Arabib. scribit Iovius, Frugi, inquit,
natura. in conivictu sunt homines : nulla cibi intempe-
rie vires alunt : temperantia valetudinem tuer-
tur, multaq; exercitatione : ad invictum robur
habiles artus confirmant.

Quæ inter Græcos emicuit magna sobrietas,
apparet ex legib; quæ inter primos Athenien-
ses & Lacedæmonios severæ in luxum & intem-
perantiam à Lycurgo & Solone sanctitæ fuerunt;
quæ quidein longo satis temporis curriculo in-
ter illos viguerunt: at ubi delitiae in eorum Re-
pub. irrepererunt, aliorumq; Græcorum , utpote
Inventores Ionum(quos Valerius Max. primos secundorum
secundarum ferculorum, hoc est secundæ mensæ & bellario-
mensarum rum inventores fuisse narrat) exemplis cor-
& bellario- rupti, se resq; suas miserè perdiderunt: sic Spar-
rum qui? tania civitas (ut idem scribit Valerius) severissimis Lycurgi legib; obtemperans aliquandiu
civium suorum oculos à contemplanda Asia re-
traxerat, ne illecebris Asiaticis capta ad delicati-
us vitae genus delaberentur. Ceteri verò Græci
pariter ad immodicos sumptus, & omnia non
necessaria voluptatis genera deflexerunt.

Sobrietas Prisci Romani inter alios populos apprimè
Romanorū erant sobrii. Nam (ut ait Plinius) in agris hor-
üb. 19. c. 4. tos suos habebant, & ex hortis vivebant : dam-
nantes pulmentaria, quæ alio egerent pulmen-
tario. Horti maximè placebant, quia non ege-
rent igni, parcerentq; ligno, unde & acetaria di-
cta,

cta. Tandem tamen (ut posteā videbimus) sic intemperantiae & deliciis addicti fuerunt, ut planē essent illis enormis ac monstruosus luxus, & immoderatae comedationes occasio interitus & excidii.

Satis in genere de sobrietate scripsimus: videamus nunc, quam praeclaris multis ac celebribus viris privatim ea cordi fuerit, ut eorum exemplis dicamus esse frugi.

Zeno Cittaeus, & Aristippus Cyrenaeus, usque adeo frugalitatem ac temperantiam coluerunt, ut ex illo natum sit proverbium, Zenone temperantior est: hic vero qui Socratis fuit discipulus, non tantum abstinentia ipsa dictus.

*Exemplum
sobrietatis.*

*Masonius
lb. de alim.
Suidas La-
ert. lib. 2.*

Hæc sunt quæ de Socrate scribit Laërtius, cum ab amico admoneretur, quod excepturus hospites, tenuem admodum fecisset apparatus: Si boni sunt, inquit, satis erit: si mali, plus satis: ‘‘ frugalitate certè, & temperantia sua effecit, ut ‘‘ cum Athenas pestis s̄ penumero exagitaret, ipse ‘‘ nunquam ægrotarit.

Epaminondas, ut scribit Cœlius, inter huius ordinis frigi laudatos viros, sobrietate & temperantia summè claruit: cuiusmodi fuit etiam Cato & Cicero inter Romanos, ut ex eorum vita à Plutarcho descripta satis liquet.

Vt tandem hominum frigi ac temperantiam cœlentium finiamus exempla: atq; doceamus quam utilis & necessaria sit in conservationem vitæ frugalitas ac sobrietas: utq; porrò Ethnorum exempla nobis præluceant: quæ nos, ut verum

verum Deum cognoscentes ac colentes, ad efficium revocent, nec patiantur hisce virtutibus inferiores, immo superiores, subiiciemus tandem illustrem, si quae sit, in hoc argumentum historiam, ab Adriano Berlando enarratam.

*Historia in
sobrietatis
laudem.*

Is de quo agitur, vocabatur Pyrrhiniculus Vasco, qui peregrine iter faciens, cum ad meritariam tabernam venisset, & apposita esset cena omni ex parte olitoria, cum vino dilutissimo: omniaque administrarentur quam parcissime: finita cena, iussit ad se vocari medicum, ad mercudem capiendam. Igitur Caupo cum respondisset; Ecquid, malum, in viculo agresti medicum requiris. Ibi ille. Num, ô bone, te ipsum ignoras? quod sit igitur merces operae suae par, medici pretium accipe, non cauponis: Sensit autem (addit Adrianus) frugalitatem sobrietatemque optimam hominis esse medicinam.

*Exempla
intemperan-
tiae.*

Iam vero ostendamus, qui sunt intemperantiae effectus: a qua praeter valetudinis interitum, nihil aliud expectandum est. Hos autem effectus patet faciemus contrariis gulosorum ac ebriorum exemplis, quae in medium producemos: ut appareat quam turpis, foeda ac ingloria illorum adhuc memoria feteat, & proinde eiusmodi tam horrenda vitia tanquam pestilens venenum fugiamus ac detestemur.

Quanta istae recordia atque insania est, nos in voluntarium interitum, quem nobis imminentem cernimus, praecipites dare? At quid aliud est, quam in exitium voluntarium ruere, in gluvie & ebrietati indulgere?

Cleo-

Cleomenes intemperantia sua enormi ac fœda ebrietate, quibus inter Scythes versando (comes tationibus ac compotationibus deditos) assueverat, tandem variis obrutus est morbis, immaturè senescens: arthriticis cruciatibus distortus, & omni ratione saepius destitutus, ac mente alienus. Gens enim illa Scythica usque adeo intemperans ac vino addicta est, si-
ve sint viri, sive mulieres, ut non tantum ad guttur usque hauriant, & cum voluptate revo-
mant: at vestes etiam suas tam grato liquore perfundant, præclarum hoc ac beatæ vitæ gen-
nus existimantes, ut scribit Cœlius. Hæc vini perfusio ~~xarxonidaç~~ dicebatur, quasi aspergere,
ut vult Suidas.

Ex simili vito Lacides quidam, philosophus, paralysim incurrit, qua interiit. Quin & Q. Ennius septuagenarius, pari vito deditus cum magnis cruciatibus & arthriticis doloribus intemperantia & ebrietate contractis miserè vitam fi-
nivit: de quo sic scribebat idem Cœlius:

Ennius ipse pater dum pocula siccata iniqua,

*Intempe-
rantia Cleo-
menis Ae-
lian. lib. 2.
de var. hist.
Polyb. lib. 5
hist.*

*Lib. 25. 6.
ant. lect.*

*Lib. 28. c.
30. ant. lect*

Hoc vito tales fertur meruisse dolores.

Aristoteles in politicis mentione in facit im-
mensi Syracusanorum luxūs, addens Dióny-
siūm minorem nonnunquam ad nonagesimum
usque diem, ebrium perseverasse, atque ob eam
rem cæctientibus ac vitiosis oculis fuisse. Atq;
hæc sunt mala, quæ ingluvies & ebrietas corpo-
ri procreant.

Et ut animum quoque attingamus, in prima acie illos collocabimus, qui monstra potius quam

*Ael lib. 2.
de Var. hist.*

Herod. lib. 2 quam homines dici debent: ac imprimis legamus apud *Ælianum* & *Herodotum* præclararum, scilicet Mycerini cuiusdam *Ægyptii*, mortem: cui cum vaticinium Latonæ è Bute urbe afferetur, brevitatem vitæ prædicens, oraculum eludere volens, tempus duplicando, noctes adiiciens diebus, vigiliisque agens poculis indulgebat.

Quia & memoranda ac faceta duo Epitaphia in gulorum ac ebriorum totius orbis principes conscripta, Timocreonem Rhodium, & Bonosum Hilpanum, adiiciamus: prioris Epitaphium hoc ferebat:

Multa bibens, & multa vorans, mala multaque dicens

Ipse viri, iaceo Timocreon Rhodius.

De posterioris vero origine Valer. Aurelianus Imperator, solebat facetum hoc dictum proferre, Non ut vivat natus est, sed ut bibat. Cuspianus aliiq; de hoc guloso monstro, has laudes prædicant: *Quantum, inquiunt, bibit, tantum minxit: nec unquam peccore, aut vesica gravatus est, veratro crapulam eiucere solitus: imperium in Gallos arripuit, victusque à Probo, laqueo vitam finivit. Tunc quidem iocus extitit, Amphoram pendere, non hominem.*

Legere licet apud Ciceronem & Plutarchum, quanta ignominia & dedecore exceptus Antonius Triumvir, qui nimium potus, dum manus suum publicè obiret, coram universo populo Romano, crapulam turpissem, & maximo pudore evomuit: gremium suum totumque tribunal in coctæ coenæ frustis, vinumque redolentibus replevit.

Notus

*Extrema
ebrietatis
monstrum.*

Notus bibulis est Philoxenus Euricidis filius L. T. cap. 3.
cum suo collo gruis, ut tradit Theophilus : &c
quidam Melanthus, ut scribit Athenaeus: ipseq;
Aristoteles in libris Ethicorum.

Alii fuerunt, qui terra marique has delicias
quæsierunt: summum bonum in hac sua volup-
tate collocantes. Talis fuit Archestratus quidam,
de quo idem Athenaeus lib. 2. c. 2. qui non mino-
ri studio, ubi singula edulia optima nascerentur,
in gastronomia sua exposuit, quam qui descriptio-
nes orbis & navigationes aggredientur. Hunc
Chrysippus Philosophus, ducem fuisse Epicuro,
eiusq; discipulis, testatur

Huius farinæ fuit quidam Sutrigalus, Litua-
niæ dux, qui nullum unquam iter peregrè susci-
piebat, quin dispensatorem percontaretur, an
librum quem de arte coquinaria componi cura-
verat, secum ferret. Coena ab illo in sex horas ad sum gule
minimorum protrahebatur, ferulæ non minus & inglu-
C XXX. utebatur, ut testatur Æneas Sylvius plumbum.
lib. 2. com. in Panormit. At hæc de gulosis, vi-
noq; & ingluviei deditis, egregia facinora ab
authoribus, fide dignis, enarrantur: quorum fa-
ma in æternum illis dedecori futura est.

Sed duobus istis gulæ principibus huius ge-
neris comitem addamus, Apium quendam Ro-
manum: quem scribit Seneca Minturnam pro-
fectum, ut squillis vesceretur: Alexandriam ut
astacis: in Africam transmittens squillarum cau-
sa, ubi nullas reperit, provinciam execratum,
atq; ita regredi instituisse, ne unquam terras illas
attingeret. Atque hæc totius gulosi aliorumque
simi-

*Archestra-
tus scriba
lib. de arte
coquinaria.*

*Monstro-
sum gule
& inglu-
vies exem-
plum.*


*Apium Ro-
mani inglu-
vies.*

Q.

similium gloria, scilicet, per celebris est.

Convivia sumptuosa Imperatorum Vitellii & Antonini Heliogabali convivia ex sacrorum piscium jecinoribus, murænarum lyl & Anthonini Heliogabali. laeti, Phasianorum ac pavonum cerebellis, Phœnicopterorum, pavonum, & lusciniarum linguis, atque id genus inauditum ac inusitatum, maximorumque sumptuum edulii parata atq; confecta: quibus illorum mensæ replebantur, ut refert Suetonius, nec non Cœlius lib. 28. cap. 4. ant. lect.

Hæc duo exempla duorum suminè gulæ, ebrietati, ac intemperantiæ additorum, superaddidimus, ut tanto magis ab hoc vitio abhorreamus, unde tot corporis animique mala prognoscuntur: frugalitateq; ac sobrietatem amplexamur, quibus & vita, & honos hominum frugi conservatur.



DE VIGILIA ET SOMNO.

Cap. IX.

D Bernardo familiare dictum erat, dormientem monachum Deo mortuum esse, neque sibi neque ulli utili. Ex lege igitur contrariorum inferre possumus, vigilantem monachū Deo vivere, nec non & sibi & aliis usui esse. Quod utique non tantum de iis, qui religionis

VO-

voto in monasteriis degunt, commodè dici ac pronunciari potest: sed de reliquis etiam omnibus, cuiuscunque ordinis & conditionis tandem homines ipsi fuerint. Potissimum enim in vigiliis creata est lux diei: cui si succedat nox in quietem, id in animalium potius gratiam à Deo factum est, quam hominum, qui perpetuis vigiliis, in contemplandis admirandisque operibus summi opificis, illiusque maximis decantandis laudibus vestri debent: etsi quieti etiam hominis aliquot horas Deus concederit ad refocillandam naturam, & actiones, quæ communis vita conservandæ gratiâ necessariò suscipiuntur, commodius obeundas. Sic enim scriptum legitur:

Luce vigent operosa artes, it miles in armis

Luce, gemunt fessi sub inga lace boves.

Delia non noctu venatur: nocte quiescunt

Pulpita: sed luce est docta Minerva vigil.

Luce minax Pallas: vigilatæ quo bona lucis

Corpora, dīj, sensus, ingenium, arsg, vigent.

Vnde liquido constat, quam longè vigilia sit somno anteponenda, & quomodo horum alterum altero sit magis appetendum, magisque necessarium ac utile, in quibusvis scientiarum generibus. Idcirco posthabito ordine illo medicorum, quo somnus præmittitur vigiliæ, nos contra sermonem inchoabimus à vigilia, eique priorem locum destinabimus.

Ut igitur demonstremus, qua ratione præ-
stantiæ nobilitate vigilia somno præluceat, nos tio vigiliæ
illum, vel etiam eximiaæ maximæque dignitatis rum.

virum , vigilantem , attentum ac diligentem appellamus , quem singulari honoris laudisve titulo ornatum cupimus : cum secus , si parum honorific de aliquo sentire volumus , & stupiditatis aliquod inertiæq; exemplar introducere , segnem & somniculosum eiusmodi hominem nuncupamus .

Hoc enim nomine notamus humani ingenii extremam aliquam & deplorandam tarditatem , crassitiemq; : quandoquidem vigilantia semper præ se ferat laudem & gloriam , individuamq; comitem habeat singularem ingenii promptitudinem ac eminentiam . Homerus lovem singit continuo vigilantem : ut patet ex his versibus :

*Tum reliquos omnes divisq; hominesq; tenebat
Perno somnus : at insomni Saturnius unus
Pectore sollicito volvebat &c.*

Eodem elogio extollit Agamenonem , quem , dum reliqui duces alto proflarent pectore somnum : solum interea indefensis vigilis , noctem insomnem , translegisse laudat . Quod idem Virgilius in suo Ænea imitatus est . Ideoq; vigilantiae laudem solis principibus viris competere , testatus est idem Homerus , eo versu , quem Erasmus inter proverbia esse voluit :

το. Iliad.

*Οὐ γένη πανταχός εὔδη βεληφέρον αὔδιον.
Τυρπε δυσι τοιαν σομνον consumere νοέστι.*

Artaxerxes magnus , ne ocio tempus perderet , commentariis noctu conscribendis rerum gestarum invigilasse , notum est .

Epaminondas

*Epaminondas celeberrimus ille Thebarum
Dux ,*

Dux ac princeps magnanimus , intere à dum ci- das sobrius
 ves Thebani petalantes, nimis genio suo ac luxui & vigilans.
 indulgenter : solus vigil (ut scribit Plutarchus) Lib. aduer-
 ac sobrius arma & urbis incenia perlustrabat. sus Ducebat
 Rogatus vero, cur id faceret ; Respondit : sobri- imperitum.
 um esse se, & vigilare , quo reliquis liceret temu-
 lentos esse ac dormire. Vnde summam existima-
 tionem , & immortale nomen consecutus est.

Cuius & alii forti & generoso animo viri imi-
 tati sunt vestigia : qualis fuit inter alios Philoso-
 phos Plato, qui, ut scribit Cœlius, non plus dor- Lib. 30.c.9
 mire solebat, quād quod satis esset ad evitan- ant. eti.
 dum ex nimia vigilia malam habitudinem. Cete- Platonius vi-
 ros etiam admonere solebat, ut nocte surgerent, gilantia,
 ad res tum publicas , tum privatas obeundas.
 Somnum enim immodicum , & corpori , & ani-
 mo obesse dicebat, parumq; inter mortuum &
 dormientem interesse. Itaq; ut quisq; vivere &
 sentire cuperet , sic vigilare oportere , quantum
 salva corporis valetudine fieri posset.

Proposuimus breviter vigilantiae encomia & Comoda
 exenpla : videamus si lubet, eius moderatae in vigiliarum
 corpore humano commoda, & contrariò ex ab- moderata-
 usu incomoda. rium.

Mediocres enim & modicæ , spirituum distri-
 butionem per totius corporis partes adiuvant,
 sensibus stuporem torporemq; excutiunt , quo
 singulæ corporis facultates , naturalis, vitalis, &
 animalis, promptius sua obeant munia : earumq;
 beneficio legitima & naturalis alimentorū con-
 coctio ac digestio perficiatur : superfluitates autem & excrementa ex corpore tanquam noxia
 pellantur.

Q 3

Sed

Sed de his plura apud Oribasium lib. 6. Medic. Collect. c. 6. ex professo de harum usu ibi tractantem, ex quo ad stabilienda ea, quæ diximus, hic annotare nonnulla placuit. Vigilia, inquit ille, plenitudinem per halitum digerit, quæ in ventre sunt, minuit, & ut per partes infernas exeat, præparat: languorem dissolvit, gravitatem dispensat, resoluta corrigit, & robur naturæ atque animo adjungit, sudores cohibet, &c. En præclara illa & insignia proprietatum dona, quibus vigiliæ ad præscriptam mediocritatis naturæque legem moderatae insigniantur: utpote per quas corpus nostrum in convenienti temperiei symmetriâ bonaque valetudine perpetuâ conservetur, quemadmodum id palam ex illarum effectis apparet. Verum si immoderatae, incomplicari naturæ præscriptos terminos transgrediantur, à quacunque etiam causa accidentaliter id fiat, sive ea sit interna, sive externa: statim temperamentum hominis mutatur: facies pallescere incipit, corpus macie contabescere: oculi in capite concavi cum austero & tristi vultu: frons vel serenissima ac placidissima, deformes anilesq; contrahit rugas: omnes facultates naturales depravantur: unde harum vitio mala & perversa concoctio procreat crudorum ac malignorum humorum copiam: Sic deinceps vitales attenuantur vires: nec hinc animales excipiuntur, sed etiam laeduntur adeò, ab impetuoso illo & hostili humorum incursu, ut corrupta vitiataque cerebri temperie, sensus tam interiores, quam exteriores à naturali insitaque agendi ratione defecant

ac

ac aberrent, ac s̄e penumero actio illorum omnino pervertatur. Humores enim & spiritus nimium calefacti & inflammati, progignunt omnis generis febres ardentes, & siccas ægritudines: quæ in cerebro fuscitant phrenesip, maniam, deliria & id genus alia: Hinc non immerito eius generis vigilias Plinius refert inter corporis mala. In qua re ad evitandos præcavendosque huiusmodi & similes errores, medici industria & prudentia plurimum valet.

Oportet igitur medicum, ad consequendum scopum suum, imprimis indagare ac nosse earum causas quæ ut plurimum secundum Actuarium à nimia siccitate & caliditate oriuntur. Quandoquidem, inquit, quæ desiccare conservaverunt, hæc scapte natura vigilias introducunt.

Aetius eiusdem opinionis tetr. 2. serm. 2. c. 23. de memoria amissa: Sola quidem scribit humidas redundans, profundos ac longos somnos facit, sola vero siccitas vigilias.

Quoniam igitur constat, huius affectus causam pendere à siccitate, petendum necessariò erit remedium ab humidis, tanquam siccitati contrariis. Vbi ad generalem curam, proutilla communiter instituitur, conductit balneum dulce & appropriatum, nisi aliud quid obsteret; Ad particularem autem profundit, lotio pedum, frontalia, irrorationes cerebri, factæ ex floribus Camomillæ, sambuci, nenupharis, capitibus papaveris, folijs mandragoræ, semine hyoscyami, factuca, cum amomo, anetho, camphora, croco.

*Causa impeditarum
modicarum
vigiiliarum.
Lib. 2. c. 12.*

Q. 4 & si.

& similibus: ex his omnibus coctis in aqua com-
muni, aut maceratis in aquis convenientibus,
concinari possunt Epithemata hypnotica ad
cerebrum: quæ non tam ratione humidæ istius
qualitatis, quam virtute sulphuris narcotici, quod
ut platinum abundat in illis simplicibus, som-
num provocant. Hæc, & huius generis similia
remedia conferunt propriè iis vigiliis, quæ natæ
sunt ex causis interioribus, utpote morbis qui-
busdam, qui corpus humanum divexant: ut sunt
dolores, febres calidæ & ardentes, maniæ, me-
lancholiæ & similes.

At si fortè iste vigilarum affectus eos com-
prehendat, qui nulla corporis ægritudine con-
flictantur, illarumq; causa extrinsecus accedat,
vel à tristitia, aut alia quadam animi passione:
tunc necesse est, ut eiusmodi tristitiae mentisque
perturbationi inprimis, & quanto fieri potest
studio, consulatur, propositis omnis generis re-
bus iucundis ac gratis, quæ mentem exhilarare,
lætitiamq; afferre queunt, ut sunt lusus iocosi &
facetii, instrumenta musica & similia. Ad quod
institutum etiam remedia accersenda sunt, suprà
capite de tristitia proposita.

Adducemus hūc locum ex Eginetæ lib. de re
med. c. 98. quo huic vigiliæ reprimendæ in hunc
modum remedium præscribitur: Verùm, inquit,
" nunc de sanorum vigilia dicendum est: Si igi-
" tur aut ob tristitiam, aut curam, aut aliquam ani-
" malem affectionem vigilarint, primùm quidem
Cause auer- tristitiam, & id quod molestum est, quantum
tentes nimi- cius fieri potest præcidemus: postea etiam iu-
as vigiliis. cundo-

cundorum sonorum auditu cogitationem ab il-
lis abducemus : & quidam sane sonum aquæ pla-
cidum, ad hoc machinantur, quo deliniti ad som-
num deducuntur. Sed & balneis maximè vesper-
tinis, ubi probè cibum concoixerint, utantur : Et
victu humectante velut laetucis & similibus : &
papaveris nigri quandoq; folia viridia obsoniis
admisceant, & pisces concoctu faciles edant :
vinoq; uberiore, tenui, non vetusto utantur.
Vbi verò reclinari volunt, rosaceo caput ungant,
aut oleo in quo papaveris capita aut mandrago-
ras incocta sint. Quin & anethinum oleum non
vetustum ex somnificis est. Novi & post præ-
gressam laßitudinem, quietem derepentè succe-
denter, somnum induxisse. Sed & coitus mode-
ratus idem hoc efficit. Alii si aut caput, aut pe-
des perfrigerentur, facile in somnum delabun-
tur. Si verò ob multitudinem aut malitiam cibi
stomachο gravati vigilarunt (nam & hoc factum
novimus : quemadmodum rursus alii præter
consuetudinem à cibo abstinentes aut modicum
cibum capientes vigilarunt) considerare hoc &
causam recidere oportet.

Hæ sunt vigiliarum causæ & scaturigines, quæ
hominem sanum invadere possunt, atq; affligere,
earumq; opportuna remedia, de quibus (uti vi-
detis) satis prolixè hic ab Ægineta tractatum fa-
it. Sunt præterea alia adhuc vigiliarum genera,
quarum causa nimis occulta atq; abdita est : *Vigiliae alia species.*
propterea, quod illi, qui hoc affectu corripiun-
tur, tanto eam studio celant, ut de illa inquiren-
da neminem patiantur quicquam dicere : Vbi
Q. 5 pruden-

denti Medici sagacitate opus est, in eiusmodi
veris per vestigandis causis, debitisque ac salu-
taribus medicamentis inveniendis. Qua indu-
stria atque dexteritatis laude, claruerunt olim
Hippocrates & Erasistratus, quorum ille Perdic-
cam: hic vero Antiochum restituit.

Eiusmodi laboriosa vigiliarum molestia con-
flictabatur C. Moeenas primarius quidam auli-
corum Cæsaris Augufti, qui nimis moleſte fe-
rens amorem illicitum Terentiae uxoris suæ
(quam Augustus deperibat) & morosæ uxoris
repudia deflens, cum nec mero, nec aquarum
fragoribus somnum allucere posset, toto trien-
nio vigilavit, & vix tandem per symphonia-
rum cantum ex longinquo lene sonantium so-
pitus est, sicut scribit Seneca lib. de providentia.

Ex qua historia videre licet, quanta vis sit Ze-
lotypiae: quantaque efficacia sit harmonia: ad
sedandos & consolando spiritus, nimia vigi-
lia perturbatos.

Sed de vigiliis, quibus pro nostri instituti ra-
tione satis à nobis invigilatum huc usque fuit,
dictum sit satis. Tempus nunc postulare videtur,
ut ad optatæ quietis soporisq; portum nos con-
feramus: ubi in posterum docebimus, quæ com-
moda vel incommoda proferat somni mo-
derati, vel immoderati
usus.

DE

DE SOMNO.

Cap. X.

DIXIMVS suprà, ingentem esse necessitatem utilitatemque vigiliarum, legitimarum ac modicarum: adeò ut in harum gratiam lux & tempus diurnum sit datum ac institutum: quo homo & omnia animalia, ad vitæ sustentationem, omnium actionum, laborum, negotiorumque curam vigilando sustineant: animaque & spiritus, tanquam idonea vigiliarum organa, tunc diffusi ac distributi in singulas corporis partes: huic sensuum dona largiantur, & reliquas inducant facultates, ut sunt audiendi, videnti, odorandi, gustandi, tangendi, ambulandi, aliasq; functiones necessarias administrandi: Posteaquam itaque corpus, diurno hoc vigiliarum labore satis fatigatum ac defessum, incipit sensim languescere, sensus item torpescere ac paulatim obtundi: spiritusque resolvi ac dissipari: tunc ad horum omnium instaurationem ac refectionem, homo naestus est gratisimum illud nocturnæ quietis soporisq; beneficium: ex cuius debito legitimoque usu percipit infinitas ac maximas utilitates.

Etenim Somnus moderatus spirituum infirmitatibus medetur: perturbata mentis affe-^{Quanta so-}
mnia utilita-^{tes.}
tiones reprimit: cunctas facultates instaurat, ^{tes.}

cor-

corpus imbecillius redditum corroborat: alij
mentorum concoctionem & digestionem ad-
iuvat: crudiores humores coquit: membra la-
bore defatigata ac enervata reficit: omnis gene-
ris defluxiones impedit, caloremq; naturalem &
humorem radicalem adauget. Præterea illum
appellare licet refrigerium & solamen Spiritu-
um, omniumq; corporum ægrotorum morbi-
dorumque.

*I. lib. de re
med. cap. de
Somno.*

Hic nobis astipulatur Aegineta, qui dum tra-
stat quæstionem illam, quid sit somnus, has post-
ea ipsius eximias recenset utilitates, his verbis:
Somnus, inquit, animalium facultatum quies est,
bona humiditate cerebrum rigante contingens;
Quod si recte admittatur, multa bona facere po-
test. Nam & cibos concoquit, & dolorem miti-
git, lassitudinesq; lenit, & distentorum laxita-
tem efficit: sed & animalium affectionum obli-
vionem inducere potest, & emotam mentis ra-
tionem corrigere. Non igitur sine causa factum
est, quod ab antiquis Poëtis appellatur pax &
tranquillitas omnium rerum, necnon quies Spi-
rituum: ita enim canit Ovidius his versibus:

*Somni enco-
mum iuxta
Poetas.*

*Somne quies rerum, placidissime, Somne, Deorum,
Pax animi, quem cura fugit, tu pectora duris
Fessa ministerijs mulces, reparasq; labori.*

Et Seneca in Tragœdia Herculis furiosi definit

somnum in hunc modum:

Tug, ô domitor somne malorum,

Requies animi, pars humane melior vita.

Hac ratione Somnus, ut seniori & Christiano

more loquamur, est Dei donum extitum ac

præ-

præstantissimum, generi humano in quietis locum datum. Vnde primus homo, tempore adhuc suæ integratæ, sensit ex permissione & voluntate divina, primas illas & singulæres somni virtutes, dum Deus illum sinebat labi in somnum profundum, ut de illius corpore sumeret costam, ex qua crearet sociam: Res certè plena maximi *Gen. c. 2.*
 & admirandi mysterii.

Eiusmodi singularia commoda, & insignes utilitates, quæ somni beneficio in genus humānum derivantur, occasionem olim dederunt Ethnici, ut illum in Deorum numerum retulerint. Hinc factum est, ut hymnorū Orphei (qui author illorum æstimatur fuisse) unus dicatus sit Somno: quem Regem Deorum hominumque non veritus est nūcupare. Hesiodus in Theogonia ipsum nominat filium Noctis. Hinc etiam ab Ovidio lib. Metam. relegatur ad Cimmerios Scythie populos, quæ regiæ est frigidissima, glacialis & tenebriscosa: quo innuere vult, quod tempore hyemis, brumalisq; solstirii noctes sint longissimæ, quibus ut plurimum homines tempus dormiendo insunt. Virgilius & alii Poëtæ vocant ipsum mortis filium. Nihil enim est, quod proprius accedit ad similitudinem mortis, quodq; illam magis repræsentet, quam somnus, cuius lectus sepulchrum est. Hinc idem Ovidius arcem seu palatium Somni definiens, in hæc verba erumpit:

*Muta quies habitat; saxo tamen exit ab ima
Rivus aquæ lethe.*

Paulo post addit:

Anite

Ante fores antris fæcunda papavera florente.

Eò quod omnia oblivioni tradantur tam in fo-
Papaveris mno, quam in morte: Papaver namque inducit
proprietas. somnum & stupefacit. Hæc deprompta ex natu-
rali Philosophia , sub illis fabulis & allegoriis ta-
citè insinuant proprietates ipsius immoderati &
præternaturalis somni: in quo sensum functio-
nes prorsus impeditæ ac prostratæ jacent: adeo
ut aures non audiant: oculi non videant: os ni-
hi loquatur: manus tangendi potestate priven-
tur: pedesque ambulare non possint. Præter-
ea, homo sensum rationisque expers , vera &
ipissima mortis imago est , ut non male somnus
ἀδιλός θαύμα dicitur sit.

Porro intemperatus eiusmodi somnus non
est, nisi via quædam & dispositio ad lethargum,
carum , apoplexiā & similes soporiferos affe-
ctus , qui sorores germanæ sunt ipsius mortis,
ipsorumque interventu tandem in illam detabi-
musr.

De somni
utilitate. Redeatnus ad somnum moderatum,ac ostendamus , quoniam tempore eo debeamus com-
modè uti : ubi ulterius diligenter consideranda
veniunt ipsius qualitas,quantitas ac aliæ circim-
stantiæ,quæ hic occurunt scitu dignissimæ.

Iam antea diximus, quod dies factus sit in a-
sum vigiliaruin,ex quo concluditur , noctis tem-
pus esse constitutum ordinatumq; pro quiete so-
mnoq; capessendo , qui tunc omnium naturalis-
simus,& maximè tempestivus judicatur.

Quoniam autem nulla est regula tam commu-
nis , quæ non aliquam admittat exceptionem ,
ita

ita & nos non omnino damnamus somnum diurnum in certis quibusdam hominibus, qui, si conservaverunt in multam vigilare noctem, tardiusq; ire cubitum, cogantur certe bona in diei partem quieti attribuere: Nolo autem hic inferre, quasi ad hoc propositum solummodo sit requiringendum tempus matutinum: neque occasio-
ne in ansamque iis praebere, qui præsertim in au-
lis, vix ante horam decimam aut undecimam
antemeridianam e plurimis stratisq; suis tandem
solent exurgere: sed potest in hanc rem eligi
tempestivius commodiusq; tempus, ut est po-
meridianum: hora scilicet una atque altera a
prandio. Quod tempus erit commodissimum
iis, qui dolore aliquo corporis, al. a ve quadam
ægritudine impediti, nocturnam quietem cape-
re nequeunt. Item si quis tanta membrorum la-
stitudine premitur, ut erecto corpore stare ne-
queat, huic etiam permissum est paululum con-
quiescere, &c, si potest, dormire. Similiter & iis,
qui debili & imbecillo laborant ventriculo, ac in
quibus alimentorum concoctio difficulter, ma-
gnoq; negotio perficitur.

Sed necesse est, ut eiusmodi homines in sella
erecto capite dormiant: neque somnus excedat
spatium unius aut duarum horarum, idque fiat
prima aut secunda post prandium, ut dictum
est.

Hic enim summoperè ac diligenter circum-
spiciendum est, ut & salubrior & tempestivior
deligatur somnus, qualis est nocturnus, tertia
ad plurius horâ post cœnam inceptus: pro-
pterea

*Quibus &
quando so-
mnus dur-
nus sit con-
cedendus,*

Quae sit causa somni. pterea quod talis somnus potentissima sit causa procreandorum benignorum ac salutarium vaporum, qui mediante alimentorum concoctione à ventriculo in cerebrum ascendunt, cuius naturali refrigerio congelantur ac condensantur, tandemq; convertuntur in rorem benignum utilemq;: quo suffunduntur meatus sensuum cerebri, aliarumq; partium, unde talis quedam oritur (si ita dicenda est) stupefactio, quam somnum appellamus.

Si igitur interposita aliqua mora eousq; vigilatur, donec vapores alimenti prorsus evanescent & consumantur (id quod post illius concoctionem perfectam, absolutamq;, quæ spatio quatuor, quinq; aut sex horarum, prout ventriculus se melius perusve habet, perficitur, fieri potest) somnus hoc modo vi quasi coactus, nulla ratione bonus erit, nec naturæ consentaneus. Id quod intelligi tantum velim de iis, qui bo-

Quibus in- terdicendus somnus. na temperataq; sunt corporis constitutione. Nam reperiuntur nonnulli, quorum cerebrum natu-

râ tam humidum est & nubilosum, ut non indigeant eiusmodi alimentosorum vaporum ad somnum excitandum, sed sua sponte omnibus horis ac momentis somnolenti dormituriunt: quibus potius interdicendus est somnus tam diurnus, quam nocturnus, nec nisi parcissimus concedendus.

Quod ad modum cubandi attinet, alii diuturna sed mala consuetudine resupini solent iacere, oculis sursum versis: alii verò in contrarium proni, ventre videlicet inferius versus lectum demisi.

demisso: Sunt & aliae aliorum recubandi varietates, quæ nequitiam sunt probandæ. Hæc ratio optima, ubi in principio somni cubatur in dextrâ latus, postea post primum somnum in sinistrum: Situs verò supinus esto paucus ac rarus, ad evitandam renum inflammationem.

De quantitate, diuturnitate & brevitate somni diversæ sunt considerandi viæ, pro variis ne tempè *D: somni quantitate.* differentiis, diversorum hominum temperamentorum, proq; multiplici ætatum aharumque circumstantiarum discriminine. Nam ii, quorū ventriculus benè temperatus, promptè & facile cibos coquit ac digerit, non tantum temporis dormiendi requirunt, quam illi, qui imbecillioris sunt ventriculi, quique ad promovendam digestionem auxilio aliquo externo indigent, quale est somnus, qui ad hoc institutum plurimum confort. Vbi prioribus illis sex aut septem horæ sufficiunt: hi verò plus temporis postulant. Iuvenibus sanis ac robustis satis erunt sex horæ: at plures sibi poscunt senes.

Ex his apparet, quomodo ratione temperici diversæ, & ætatis, quantitas, ac diuturnitas somni varietur.

Exempla somnolentia addam animi gratiâ. Endymion quidam à Luna ad amatus (ut fingunt *Somnus En* Poëta) à Iove impetravit copiam perpetuò dormientis, in monte Atticæ in Caria sito: hæc impensa petitio omnique reprehensione digna occasionem postea dedit adagio isti in homines somnolentos & desides: Endymionis somnum dormire. Vbi contra in honorem & gratiam illorum, queſt, Tasse,

R

Civ. lib. 2.
lorum, queſt, Tasse,

lorum, qui pro Reipub. commodo ac utilitate per multas noctes, assiduo literarum studio ac continua vigiliis vacant, inventum est istud al-

Summa Scopeliani vigilantia. terum: Scopeliano more invigilare: propter ea quod Scopelianus celebris Philosophus ac sophista inter ceteros minimè deditus erat somno: qui singulis noctibus, absolute studiorum pensio, inter ambulandam subinde hæc repere solebat

Cel. lib. 20. cap. 11. an- verba: ô Nox, tu quidem sapientiae divinæ obtinetis plurimum. Contra P. Scipio (magnæ alias *tig. lect.* authoritatis vir) ob nimiam somnolentiam à Pop. Rom. publicis opprobriis & contumeliis affectus est. Plutarch. lib. polit.

Aristoteles Aristoteles somnolentia osor. ad fugiendam vitamq; eiusmodi somnolentiam, grues imitatus, Sphærulam manu tenebat, subiecto lebete æneo, quæ per somnum delapsa strepitu suo dormientein excitaret: ut Laertius in ipsius vita comtemnorat.

Lib. 16. A lexander Magnus. Aminianus Marcellinus simile quid enarrat de Alexandro Magno, Aristotelis discipulo: qui cum dormitaret, brachio extra cubile protenso, pilam tenuit argenteam supposita pelvi, ut cum nervorum rigorem sopor laxasset, pilæ elapsæ tinnitus somnum abrumperet. Vigilavit uterque tam pro literis, quam armis, dispari fine, eodem tamen imitaturis exemplo.

Iulianus Augustus Julianus Augustus parum dor- minivit. Julianus Augustus tam extremè flagrabat a more & studio philosophiae, ut arma gerens contra Persas & Alemannos sive Teutones, à quibus licet variis ille modis, ac quam plurimis impedimentis irretitus & distractus tenebatur, nihilominus alacriter & summa cum dexterita-

te

te suo perfungeretur officio, humique iaceret dormiturus, totaque primum noctem scribendo ac legendo consumeret, dum interim reliqui somni beneficio fruentes, molliter conquiescerent: Sicq; noctem divideret in tria tempora, quietis, reipub. & Musarum, Alexandri *Marcel. lib. 16.*

Cum contrà, & olim, & nunc, omnes dormitatores, qui similes sunt Smyndyridæ Sybaritano, & Pontico Histriæ, qui se iactabant, viginti *Dormitatores.* annis nec Orientem, nec Occidentem Solem vidisse (vox nec pecudis, nec hominis) omnes, inquam, tales dormitatores & somnolenti glires visi sunt nihil aliud promeruisse, quam ignominiae ac vituperii opprobria: ut qui digni censendi sint appellari turpisimo & sordidisimo suum porcorumque nomine, quorum voluptas deliciae sunt cœno noctes & dies volvi.

Sapientiores Romani hanc conscientes sum- *Quare Romani olim
manus dies initia
a media nocte duxerint.*
mam utilitatem & nobilitatem vigilæ, cuiusq; beneficio rerum omnium actiones perficiantur, Civilis diei initia à media nocte duxere: ut solis exortus esset quidem operis initium, tempus verò quod præcedit apparatu impenderetur. Quippe paratos instructosq; obire negotia oportet, non inter obeundum instrui apparative.

Quod ad incredibiles illos & nimis diurnos somnos attinet, quibus complures olim fuerè correpti, si historiis credendam est, veluti est exemplum somni Epimenidis Cretensis, qui cum rasablegaretur oves pasturus, & ob nimis Solis meridiani ardorem extinque in antrum

R 2 aliquod

*Cæl. lib. II.
cap. I. antiquitatis lectio*

aliquid refrigerandi se causa, ingrederebatur: ibi somno oppressus dormivit per spatum quinquaginta septem annorum, ut Plinius & Apollonius volunt, aut quadraginta, juxta Paulaniam: eius generis sopores, quamvis scriptis historico-rum tum Græcorum, tum Latinorum pro veris passim approbentur, nihilominus tamen pro incredibilibus potius & prodigiosis habendi videntur.

Sic etiam miraculosa censenda est historia illa, cuius à Sigeberto in Chronicis, & ab aliis probatis historiographis Ecclesiasticis fit mentio: de septem illis dormientibus (ut vocantur) nempe Maximiano, Malcho, Martiniano, Dionysio, Ioanne, Serapiano, & Constantino, qui cum ob immanem & crudelem Decii persecutionem ex hominum conspectu abire, ac, ne forte proderentur, se in loco quodam remoto ac occulto abscondere constituerunt: in quandam tenebrosam ac inhospitam cavernam ingressi sunt, ut videlicet ibi per tempus aliquod laterent: Tandem autem, deliberatione factâ, cibisq; ad corporis recreationem sumptis, eam sententiam unanimiter omnes inierunt, multò videlicet sa-
tius sibi videri, si relictâ istâ latibuli spelunca, in lucis propatulum prodirent, seseque impavido ac constanti animo, atrocissimo martyrii istius supplicio subjicerent: sed cum iam exituri essent è caverna, singulari Dei providentiâ subito, tam diurno ac profundo correpti sunt somno, ut ibi commorantes dormirent per 196. annorum spacium: sicuti id ex temporum computatione faci-

*Historia de
septem dor-
mientibus.*

facile colligitur. Nam expergefacti & resuscitati sunt à tanto somno, die paschatis, anni 30. regni Theodosii junioris. Hæc & similia, inquā, omnino sunt miraculosa, & captum ingenii nostri, omne inq; admirationem, imo & fidem excedunt.

Satis dictum est hactenus de his, quæ pertinent ad somni quantitatem: Transibimus nunc ad ipsius qualitatis considerationem, ubi se offerent quedam scitu quoque non indigna.

In quolibet somno solent plerumque appare-re insomnia & nocturnæ visiones, quæ ipsum non aliter ex accidente coinitantur, quam umbra corpus. Vnde mirari subit, quid sibi velit illud quod scriptum reperitur apud Plutarchum de quodam Cleone, item apud alios de quodam Thrasymede: nec non id, quod Herodotus ob-servavit, & post illum Pratensis, de Atlantibus videlicet, Aphricæ populis, quos affirmant nullis unquam somniis aut visionibus esse obnoxios, Quod utique vix credibile est. Fieri autem posse non negamus illos eiusmodi apparitionibus minus subiectos, minusve pronos ac proclives, idque peculiari quadam virtus ratione, aut singulari nativi proprii, temperamenti complexione: ut qui sint cerebro solidiore ac fortiore, à quo vapores illi & exhalationes, à quibus eiusmodi insomnia aliâs excitari solent, multò facilius citiusq; dissipentur.

Poëtarum est, fabulis suis aliquid utile innue-re: inter quos Ovidius facile princeps lib. metamorph. similiter somno affinxit tres ministros,

*Somni acci-
dentiæ sunt
insomnia et
nocturnæ
visions.*

*Lib. de ora-
culis.*

*Homines
quidam nul-
lis obnoxij
somniis.*

quorum primus ab eo appellatur Morpheus : qui in visionibus nocturnis humanas repræsentet figuræ , tām masculas , quām foemineas : ideoq; ab autore etiam dicitur

Artifex simulator ergo figura.

Alterius autem nomen est Icelus sive Phobetor , qui in somniis & visionibus refert animalium brutorum formas ac figuræ : de quo idem author his versibus :

*Fit sera, fit volucris, fit longo corpore serpens :
Et: Hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgas
Nominat.*

Et propterea , quod Phobetor in somniis repræsentat bruta animalia , quæ nobis terribiliora videntur ipsis hominibus , dictus est φόβητρος , qui Græcis significat perterrefactorem .

Tertius Phantasus , qui in apparitionibus nocturnis repræsentat & exprimit omnis generis species ac formas illarum rerum , quæ animalis animæ sunt expertes .

*Tres som-
niiorum dif-
ferentia.*
Lib. 10. cō-
ment. de di-
vinat.

Horum autem somniorum ac visionum tres sunt differentiæ ; vel enim illa sunt divina , vel supernatura : vel naturalia . Peucerus ea distinguit in divina , diabolica , allegorica , prædictio-
na , & naturalia : quæ omnia ad hanc trium differentiarum classem , haud incommodè reduci possunt .

*Quid in
somnia di-
xisse obser-
vandum.*

Somniorum divinorum origo & inspiratio pendet à solo Deo Opt. Max. qui horum ad- miniculo , tanquam idoneo medio & instru- mento usus ad Prophetas , suosque fideles ser- vos locutus est . De illorum autem veritate

aut

aut certitudine nemo sanæ mentis dubitabit unquam, modo ob oculos sibi ponant autorem, qui ipsa veritas est. Misit autem Deus spiritum suum, vel etiam angelos in hominum ministerium creatos, qui fidelib. per somnia revelarent omnia ea, quæ divina ipsius & bona voluntas decreverat, sive id spectaret communem ecclesiæ salutem, si-
ve privatæ personæ consolationem aliquam: quamvis definitum temporis terminum Deus si-
bi soli reservarit. Eiusmodi revelationum visio-
nes, dormientibus noctu contingebant, ut vide-
re est ex somniis Danielis. Nonnunquam talia
visionum genera habebant certas & peculiares
eventuum significationes, ut ex plerisq; Patri-
archarum, Prophetarum, item ex Sanctorum Pe-
tri Pauliq; in novo testamento somniis, colligi-
tur. Voluit quoq; Deus eiusmodi apparitionum
participes fieri nonnullos qui ab ecclesia separati
erant: idq; in hunc finem, ut vel populo succur-
rere tur, & mundanæ Reipub. consuleretur: vel
ut specialiter domesticorum vitæ servandæ &
incolumitati subveniretur, ut sunt somnia Pha-
raonis, ipsiusq; duorum ministrorum. Horum
enim principalis & præcipuus finis erat, ut Io-
seph ex diurno & indigno carcere liberaretur,
& in aulæ Pharaonis Principem evehernetur, atq;
ita totius Ægypti commodo & utilitati prospiri-
ceretur: tandem in specie quoque ut inde do-
mus & familia Iacobi Patriarchæ conservare-
tur. Sic nullum alium finem spectabat somnium
Nebuchadnezaris, nisi ad emolumentum ac sa-
lutem Ecclesiæ Dei.

R 4

Diabo-

Diabolica somnia. Diabolus igitur hostis & contemtor maximus Dei & operum eius mirabilium, dum ipsa conatur imitari, potius ea corruptit, depravat, & mentitur. Hinc in suam Synagogam introduxit falsa & abominanda sacrificia: sic etiam sua invexit perversa iniquitatis somnia, quæ, quamvis ad decipiendos solummodo homines, veritatis quandam speciem præ se ferant, non tamen nisi pura puta mendacia, & pernicioſe ac calamitofæ depravationes existunt: quod Deus fieri permittit in talium superstitionum idololatrarum justissimam poenam ac vindictam.

Duplicia sunt somnia diabolica. Erant autem hæc diabolica somnia divisa in duo genera: primum requisitorum vocabatur, ubi ab Ethnicis inquietudinis spiritu exagitatis, somnia illa requirebantur, & detestandis coniurationibus impetrabantur: cui execrandæ actioni, certa quædam loca & tempora destinata ac consecrata erant: in quibus illos, peractis prius memoratis istis coniurationibus ac ceremoniis, dormire oportebat: & quicquid inter dormendum somniabant oraculi loco habebatur.

Hæc autem sunt primaria loca istis somniorum accessendorum ritibus dicata: templum scilicet Amphiarei, & ara Ardalia in urbe Trœzene: quo misera Ethnicorum gens, turmatim ab omnibus mundi angulis convolabant.

Præter hæc alia quoq; erant: ut antrum Charonis in urbe Tralles: & in Ægypto templum Isidis, Deæq; Melopidæ: nec non in Epidaurio templum Esculapii, in quo, prout Ethnici certo sibi persuadebant, ægroti, qui illuc veniebant,

cer-

certissima & aptissima remedia per somniorum visiones inveniebant, ad curandos proprios morborum vel etiam deploratissimorum & immedicabilium languores & infirmitates. De cuius rei effectis portentosis ac prodigiosis, paucim literis proditum est in historiarum commentariis. In eodem Aesculapii templo, ut refert *Satana a-
Pausanias*, erat columnæ, quibus in *statua*. sculpta eernebantur, cum nomina eorum, qui sanitatem recuperaverant, tum etiam remedia, quibus ex consilio Oraculi ac visionum, ipsis dato, usi fuerant.

Ideum mos fuit apud Romanos usque ad Antoninorum tempora, id quod ex tabella marmorea Romæ in Aesculapii templo in insula Tiberina inventa, & usque in hanc diem apud Maphæos conservata, intelligere licet. In qua tabula, teste Hieronymo Mercuriali, medico doctissimo ac celeberrimo, scriptum reperitur (scriptura est translata è Græco in Latinum) quomodo oraculum docuerit Caium & Valerium utrumque cæcum, modum recuperandi visum: idque factum est publicè coram omni populo, & maximo cum applausu. Item aliud remedium, pro cruenta sanguinis spuitione revelatum fuit per Oraculum Iuliano: & cuidam Lucio, qui gravissimo laterum dolore laborabat, adeo ut prorsus desperatus ab omnibus resinxeretur, remedia illa, qualia fuerint, notata invenies in ipsa tabula.

Est adhuc, præter illa requisitoria somnia, aliud somniorum diabolicorum genus, quod *genus som-*

R 5 inopi-

Alterum

niorum dia- inopinatum dicitur; propterea quod eiusmodi
bolicorum. somnia accidere solent ex improviso, præterque
 omnem spem & expectationem, quæq; neq; ac-
 cersita neq; postulata unquam fuere; idq; ex solo
 diaboli instigatu & fraudulenta machinatione,
 dum modò hoc, modò illud ad prædicendum
 præagiendumque sese offert: solummodo in
 eum finem, ut imponat illis, quos insidiosis suis
 falsarum persuasionum, præstigiarumque easpsi-
 bus irretitos ac captivos tenet. Id quod abunde
 testantur somnia veneficorum, nigromantico-
 rum & talium fanaticorum hominum, qui Eq-
 thusiasmo, nescio quo, afflati creduntur.

Sed relictis his somniis & terriculamentis
 diaboliciis, nos ad illas somniorum differentias,
 supra à nobis constitutas, recurramus: ubi pri-
 mo loco de divinis egimus: sequuntur nunc or-
 dine supernaturalia, quæ medio loco se habent
 inter divina & naturalia: utpote quorum causæ,
 neque ad ipsum Deum immediate referendæ
 sint, neque etiam ad pravorum humorum ma-
 lignitatem, à quibus naturalium somniorum o-
 rigo dependet. Sed ad animam nostram, quæ
 dormiente etiam corpore, vigilat: quæque ra-
 ptu quodam supernaturali excitata, præsertim
 bono genio inspirante, per somnum ac visiones
 nobis repræsentat multa phantasmatæ, quæ ple-
 rumque certi aliquid præfigunt, quorum certi-
 tudo ut plurimum per rerum eventum cognosci-
 tur.

Solent autem eiusmodi somnia plerumque
 matutino tempore contingere, quando nimisrum
 cere-

*Somnia su-
 pernaturalia.*

cerebrum est liberum, & à vaporosis istis ciborum exhalationibus immune, que alijs illud of- fuscarent, & eius generis visionibus obstaculo essent.

Exempla eiusmodi somniorum quam pluri- ma passim occurunt, ubi somniantibus sèpenu- mero visum fuit, aut in morbum aliquem inci- disse, aut ab eodem convaluisse: quibus visioni- bus postea respondit suniliter eventus ad omnia, que in somnis anteā præviderant: quamvis illa non fuerint neq; citata neq; postulata, sicut acciri solent diabolica somnia.

Ælius Aristides Rhetor Smyrneus, cum quon- *Aelii Ars'*
dam peste laboraret, somniabat se Lysin, poste- *studis alio-*
riorem fabulae partem videre, ex quo somno *rūm;* pīse-
convaluit. *riti somnia,*

Phayllus dux Phocensium, sub initia sui impe- *corumq; ef-*
rii effigiei cuidam ærex, (que Delphis inter do- *fectus.*
naria spectabatur, ab Hippocrate Medico dedi- *Pausan.*
cata) hominis cui carne consumpta sola superes- *lib. 10.*
sent ossa similem se somniabat: nec multis post
diebus tabe periit.

Quidam, ut refert Celsus ex Galeno, vissunt *Cai. l. 27. c.*
in somnis, pedes in sapideam substantiam indu- *15. ant. leb.*
ruisse: non longè post paralyssi infestabatur ea
pars pedis, ubi nulla mali suspicio anteā à medi-
cis deprehensa fuerat.

Arnoldo de Villa nova insigni medico, sicut
scribit Fulgosius l. 1. c. 5. noctu in somnis visum
fuit cato quodam nigri coloris in pede se saucia-
rum: sequenti statim die erupit in eadem pedis
regione, malignum & cancrosum ulcus.

Aven-

Auenzoar, in somni visione, invenit medicum, quo oculi affectum curavit: in cuius diuturna inquisitione, incassum antehac laboraverat; ut scribit idem Fulgosius,

Artemidorus scribit lib. 5. quod aliquis in somnis sibi visus fuerit accepisse vulnus a Marte: cui ex tempore quoque prorupit ulcus in podice: quo lecto apertoque lanceola quadam, subito restitutus fuit.

Aelian. in lib. var. moranda de Aspasia, filia Hermotimi, quae post partum mortis oppositierat) a parente suo, singulariter de Aspasia.

Extat apud Aelianum historia quedam memoranda de Aspasia, filia Hermotimi, quae (post partum mortis oppositierat) a parente suo, singulariter de Aspasia. modestia disciplinaque fuit enutrita ac educata. Hæc frequenter admodum somniabat se nupsisse cuidam specioso, eleganti ac magno viro: sed dum interea temporis tardius labentis, mora aliqua introducitur: accidit, ut forte in ipsius mento tumor quidam ingens enasceretur: qui ob eius insignem magnitudinem & horribilem aspectum faciei pristinam formam totam immutavit, eamq; adeo deturpavit, ut sine summa molestia ac animi ægritudine, id neque parens, neque ipsamer etiam ferre posset. Hinc motus parens, in consilium, auxiliumque filiae accessivit medicum: is ubi rem cognovit, continuo eam percurrandam suscepit, sed ea lege, si tres sibi stateres persolverentur. Cum autem pater tantum se non habere diceret, medicus puellam incuratam dimisit, quæ ob id in acerbissimo luctu versata est. Verum postea cum præ dolore non cenasset, planè opportunus

eam

eam somnus invasit. In somno autem visio oblata, hæc verba protulit: Bono animo esto: valeant medici cum suis pharmacis: Tu vero rosam Veneris cape, eamque contritam tuberi impote. Hæc ubi audisset & executa esset, tuber evanuit. Porro Aspasia inter omnes pueras, adeo forma, vita honestate, incorruptisq; moribus emicuit, ut primum Cyro Persarum Regi, eo autem interfecto, Artaxerxi etiam nupsserit.

Plinius narrat historiam de matre militis, qui *plin.lib. 25*
longiori loci distantiâ ab ea remotus erat: Hæc *cap. 2.*
admonita fuit per visionem, ut colligeret radicem
rosæ sylvestris, quæ Cynorrhodon alias di-
citur: quam ipsa die præterito hesterno, in hor-
to cum animi quadam delectatione ac volu-
ptate aspexisset: & ut eandem radicem illico
mitteret ad filium suum, quæ in lacte infusa
macerataque, pro potionē medica uteatur. Id
quod mater fecit. Ethinc paulo post accidit, ut
miles iste, unā cum ipso medicamento, matris
acciperet literas, quibus filium summopere
hortabatur, ut sine mora exequeretur id, quod
scriptum esset in literis. O quām opportunum
certè nuncium! Nam miser ille tunc temporis
Iesus canis rabiosi morsu, in tanto vita pericu-
lo versabatur, ut ex huius veneni, profundiores
radices agentis, nitidâ atrocitate, jam incidisset
in hydrophobiam, quæ mortis certissimum in-
dicium est: hoc autem matris usurpato remedio,
ab interitu se inopinato præservavit: quod post
ea à multis aliis feliciter quoque usurpatum pro-
batumque fuit.

Hæc

*Herba con-
tra morsum
rabiosi ca-
nis.*

Hæc dicta sunt de morbis, deque horum curandi ratione, desumpta ex somniiorum visionumque nocturnarum præfigiis ac prædictiōibus.

Ex his iam intelligi potest, quanta sit vis & efficacia somniorum, ut quorum beneficio ac interventu quam plurimi, in virtute etiam discrimine constituti, evaserint. Hæc tamen à nobis non dicuntur in eum finem, quasi ad nimiam superstitionemq; somniorum observandorum diligentiam quemvis pellicere velimus: cum somnia interdum fallere possint: sed nostrum est propositum solummodo indicare & commonefacere, non semper contemnenda esse eadem, legemque illam Catonis, *Somnia ne cures*, non ita generaliter de omnibus somniis, sed cum certa quadam limitatione intelligendam esse.

Cic. lib. 2. Simonides per somnum admonitus, ne illo die quem constituerat, se coimmitteret mari, salutem.

Simonidis somnum. tariter obtemperavit: Nam reliqui omnes, qui tunc navem concenderant, huicbus & procellis in conspectu eius obruti sunt: ipse interim sibi gratulatus est, quod vitam somnio, quam navi credere maluisse.

Plutarch. Aliud The mistoclis. Themistocles etiam ex maximis insidiis, quas ipsi struxerat quidam Epixyes in pago Leontocephalo (quod significat Leonis caput) liber & incolumis evaluit: cum nimirum in somnio vidiisset matrem his illum verbis alloquentem: *Evita Themistocles Leonum caput, ne in leonem incurras.*

Cicero in eodem libro divinationum: & Suetonius

tonius in vita Augusti Octavii quoq; referunt: cum copiae Augusti & Antonii ex una parte, & ex altera Bruti & Cæsari jam instructæ essent ad prælium committendum in campis Philippicis: M. Artorium, Medicum Augusti, oblata visione, Mandatum à Minerva accepisse, ut hortaretur Octavium tunc ægrum, ne se contineret etiam per morbum, quin ipse met in præsens iret prælium. Quod cum Cæsar audivisset, lectica se in aciem ferri jussit: in qua cum supra vires pro victoria laborasset, morbo liberatus est, & à Bruti militibus, de cæde eius cogitantibus, castraque diripientibus, & lecticam inanem jaculis & pilis trajicientibus, liberatus.

Quot regnum ac imperiorum mutationes ac translationes, per somnia ac visiones, longo ante tempore, prævisæ ac prædictæ sunt à multis potentissimis ac summis viris, aut etiam ipsorum propinquis & cognatis, ad quos regna illa ac imperia postea pervenerunt?

in theatris induci agique solebant. In tragœdia *differentias*
enim, tanquam materia tristis, saltatio erat gravis,

T

cer-

certis numerorum gradibus distincta, ac luctuosa : quam appellabant *ἱμιλίας*. In Comœdia vero saltus erat liberior ac festivior potius, quam lugubris : qui nuncupabatur *χερσάζ*. Satyrorum autem saltatio coniuncta erat cum summa levitate ; ac lascivia, quæ propterea dicebatur *τυντίπης*.

Hæc sunt præcipua antiquorum saltationum genera, è quibus plurimam partem tamen in Gallia nostra, quam in pluribus aliis regionibus adhuc hodie vigere, cuivis studiosè inquirenti patet.

Hæc saltationes sive choreæ, vocibus ac instrumentis musicis adaptatae, apud Ethnicos olim non solum usitate, magnique estimatae fuerunt, sed in sacris quoque literis easdem probatas fuisse, ex sequentibus videre licet exemplis.

2. Sam. 6. David Regius ille propheta, linea cingulo succinctus totis viribus saltabat, & simul cum ipso tota ipsius domus : dum nimis tum, cum magna jubilationis vociferatione, adhibitis simul omnibus generis musicis instrumentis, ut cithara, buccina, tympano, decachordo, tuba & cymbalis benesonantibus, arcam foederis à Philistinis Hierosolymam reducebat.

Sic quoque Judith celebris illa heroina, Holoferni capite abscisso & detruncato, hacque ratione copiis Assyriorum nimio terrore perturbatis ac prostratis, urbeq; ab obsidio eorum sic liberata, à cunctis mulieribus Israeliticis, laudes & gloriae benedictione ac plausibus exceptas, oleæq;

oleæq; rāmo præcincta, thyrsū gestans, &
chorū mulierum præcedens, cum omni popu-
lo Israēlitico, hymnū triumphalem Deo æter-
no ac maximo, saltando decantabat, eique im-
mensas ac immortales, pro tam admiranda ac
incredibili victoria, gratias referbat.

Hoc exercitii genere, non solummodo ho-
mines plebeii ac juuenies olim usi, eoq; delectati
sunt; sed fuerunt etiam magni quidam reges; ac
Philosophi sapientissimi, qui eandem artem in
summis deliciis habuerunt, didicerunt atque ex-
ercuerant.

De Socrate legimus, quod artem saltatoriam, *Socrates sal-*
non solum summis prosecutus sit laudibus: sed & *tandi artis*
ipsam quoque addidicerit, nec veritus sit in pro- *deditus.*
vecta etiam ætate saltare, eamq; simul cum aliis
gravissimis scientiis conjungere: multum tribu-
ens venustæ concinnitatæ & elegantiaz, tum apto
motui, neq; non moventis affirmationi. Hinc
videmus adhuc hodie in usu esse, dum pueros
nostros aut puellas, hac in arte erudiri volumus,
potissimum id fieri, ob morum elegantiam, con-
cinnamq; corporis compositionem comparan-
dam. Magnum enim discrimen appetet inter illos,
qui huius artis periti aut imperiti sint, quique il-
lam addidicerint, vel non addidicerint.

Adeo magni faciebat Socrates hanc artem, ut
familiariter cum amicis loquendo, illam mem-
brorum ac totius corporis exercitium utilissi-
mum esse, prædicaret: & subinde diceret, scitè
tripudiantes maximè esse idoneos rebus bellicis.
De quo hi versus extant:

T 2

Qui

16.

*Lucian lib.
de salt.**Ab. II. 60*

Qui recte scidere choris decorare deos, hi
Optimi & in bello.

Inter Reges olim eodem saltationis exercitio
summoperè delectabatur Antiochus magnus, nec
non & alii plures. Poëte quoque in Deorum
*Ath. lib. 1.
cap. 16.*
Cel. l. 5. c. 3
*Encomium
saltationis.*
laudes usi sunt saltatoris titulus. Pindarus & Ho-
merus Phœbum Orchesten saltatorem appellant.
Idem nomen & Iovi attribuitur. Homerus præ-
terea dicit, saltationem certis temporum inter-
vallis, & musicis rythmis mensuratam, esse do-
num celeste potius, quam mundanum aut ter-
restre. Sic igitur divino hoc munere donatus ho-
mo, à ceteris distinguitur animalibus eo desti-
tutus: ut qui non sit merum animal, sed Deus
mortalis.

Dum autem hic generalem saltationum com-
memorationem instituo, non propterea in specie
& illis approbare consilium est, quæ indecoræ
& lascivæ sunt, finesq; honestatis transiliunt:
Neque etiam illas, in quibus tot tantæq; ridiculæ
gesticulationes, indecentes quoque ac nimis im-
petuosæ corporis hinc inde dimotiones arque
agitationes, aliæque sexcentæ eiusmodi fatuita-
tum ineptiæ conspiciuntur: quæ saltandi ratio
detestanda, potius convenit circulatoribus, quam
hominibus liberali ingenio natis & educatis:
quæq; ab omnibus Rebus publ. bene constitutis
quondam damnata, & tanquam sordida, vilis &
abjecta, maximeq; infamis, repudiata fuit: quam
& ego ipse summopere abhorreo & detestor,
(nec non quosdam alios ludos gymnasticos)
quemadmodum & eadem, non solum in verbo
Dei,

Dei, sed à compluribus etiam sanctorum Patrū, aliisque gravissimis authoribus, tanquam res detestanda, & homine verè Christiano, Deumque timente indignissima, damnatur ac improbatur. Quamobrem sciendum est, nostrum esse institutum, de liciis tantum saltationibus, honestis & laude dignis verba facere: quibus Deus ipse non offenditur, quæq; civilitatis & urbanitatis studium promovent & provehent, quod homines negotia sua, cani decentiori corporis, eiusque membrorum commoderatione expedire queat: & hoc pacto ipsius quoque corporis habitus ac constitutio bona, non solum farta tecta conservetur, sed vegetior etiam, agilior & promptior reddatur ad quosvis labores sustinendos: utque hinc otium, turpissimum Satanae pulvinar, devitetur.

Tales saltationes sunt, quas Socrates, Plato, Sophocles & alii sapientes comprobarunt, & ad discere scireq; in votis habuerunt, ut diximus: quæ, si temporum iniuria, hominumque improba depravatione in abusum quandam devenerunt: non propterea tamen ars ipsa reprehendenda est: possent enim pari modo omnes etiam reliquæ artes damnari ac vituperari, quod iis ut pluriū abutantur homines: Veteres autem sapientes abusum illem, qui tunc illorum temporibus jam irreplerat, neq; recipere, neq; ullo modo tolerare consvererunt.

Plato enim, cum mandatum accepisset à Dionysio Tyranno (quod idem mandatum & aliis pluribus datum erat) ut in quodam convivio,

*Exemplum
Platonis.*

T 3 togā

rogâ longâ purpureâ , qualem Reges tunc temporis geltare solebant, induit saltaret; id ille ficeri recusavit , hosq; Euripidis versus recitavit :

Muliebri ego haudquaquam inau queam fiola

Vir natus ipse, & ex virili germe.

Quo indicare voluit, tale saltandi genus , cum habitu muliebri , arguere summan quādam levitatem, & potius circulatorem , quam Philosophum decere. Et Demades Orator facundissimus , cū quodam die conspexisset Philippum Macedoniæ regem, vino obrutum saltare in me-

Elegans ad monitio De matis ad Philippum regem Ma- cedonie.

Erasm. in sophib.

dia perditorum hominum, ac captivorum turba, coram quibus detexit turpitudinem ac miseriam suam : illum sic compellavit ipsique Philippo erubescenti, vitæ emendandæ occasionem, dedidit: Cam, ô Rex, inquit, fortuna tibi Agamemnonis personam imposuerit, non pudet te factis agere Thersites?

Ex quibus palam fit, multos viros egregios ac præclaros, tum Philosophos, tum etiam alios (de quorum autoritate suprà dictum) comprobasse, commendasse, nec non exercuisse quoque artem hanc saltoriam , tanquam utilem & necessariam, tam ad corporis sanitatem conservandam, quam ad bonos mores comparandos : contra vero improbabè & detestatos fuisse , sicut & nos simul cum ipsis detestamur, omnis generis alias saltationes illicitas , ad fastum natas, & exitiosas tam corpori, quam animæ.

Sciens volensi, hic silentio pertransito exercitia illa saliendo in altum , & in aërem quasi volandi ; quæ etiam si quodammodo ad saltationū spe-

speciem aliquam referri queant, ob motum illo-
rum violentum & vehementissimum, propter
quem etiam non omni carent periculo: ipsa ta-
men potius circulatoribus relinquenda sunt, qui
iis utuntur in theatris ad spectatorum oculos pa-
scendos: non enim magni aliquid momenti af-
ferre possunt ad vitæ communis commodum, &
sanitatis studium.

Nec miror amplius, cur Plato, Hippocrates
& Galenus tantoperè versati fuerint, adeoque
damnarint saltatoria nonnulla exercitia, necnon
gymnasticos ludos. Surrexerat enim tunc illo-
rum temporibus, tantus illorum abusus, tantaq;
confusio, ut mutata rerum facie, usus illorum
bonus ac laudabilis, prorsus depravatus atque
corruptus esset.

Hæc de variis exercitiorum differentiis & con-
ditionibus tractatio, fusior fortassis & prolixior
quibusdam videbitur, nimisq; vereor ne me hic
critici culusdam iniqua vexet censura, mihiique
his verbis obstrepat: me nil nisi actum age-
re, & eandem canere cantilenam, toties ab aliis
prius decantata: Quod quidem, quamvis non
ignoro vulgatissimum illud, nihil dici posse,
quod non dictum sit prius: nequaquam tamq;
id adeo alienum esse puto ab hoc nostro institu-
to, ut forsitan iste somniare possit. Nam postea-
quam exerciti, quod unum è sex rebus non
naturalibus à medicis constituitur, generalem
quandam tractationem proposueramus: non
intempestivè hic varia simul saltationum gene-
ra, tam antiquorum, quam nostri seculi intro-

T 4

duxis-

duximus, idque ideo, quod hoc exercitii gerus Gallis nostris sit familiarissimum: Sic quoque reliquorum exercitiorum gymnasticorum, ab antiquis olim usurpatorum, comparatione cum nostris facta, horum præcipuas differentias, quibus ratione honestatis & turpitudinis: laudis ac vituperii: celebritatis & infamiae: commodi & incommodi, distinguebantur, breviter perstrinximus. Quæ omnia pro instituti nostri ratione raptim congeta, ac ordine debito disposita, benevolis lectoribus lubenter obtulimus: quibus labor noster, ut spero, haud ingratus futurus est: siquidem inde fructus iucundos simul, & utiles percepturi sunt: utpote, quos ex collatione quadam facta, apibus non immerito assimilare licet: et quæ omnia illa, quibus pascuntur, in dulcissimum mel convertunt: cum contra reliqui mei Censores non inique comparandi sint cum brachis, qui vel saluberrimos quosq; flosculos ac herbas in venenum transmutant.

*Jactus vel
disci vel iac-
uli.*

Quintum exercitationis genus, quod adhuc tractandum restat, est jactus, vel disci, hoc est, lapidis rotundi, & in medio perforati: vel jaculi.

Huius ludi inventum ascribunt Perseo, eiusmodi exercitii genus, in quo lapis admodum ponderosus, fortissimo lusoris impulsu, propellitur; usitatum adhuc est in pluribus locis Vasconia. Iactus item jaculi in Biscaya familiarissimus.

Sed solebant olim jaculum manu tantum torquere, quod & hodie multi, multis in locis solent: cuius loco ingeniosa & apta nunc habentur instrumenta, veluti arcus & arcubalistæ, quibus ad anti-

antiquorum imitationem maiori cum violentia,
sagittas ac tela nostra, quæ jaculi nimis longi vi-
cen gerunt, jaculamur: quod idem exercitium
Valconibus admodum familiare est, qui præ cæ-
teris nationibus, majorem veterum exercitiorū,
& monumentorum partem retinuisse videntur.

Qui vero tela illa aut jacula moliebantur, jacu-
latores olim nuncupabantur.

Sarmatæ & Parthi olim, quemadmodum ho-
die Scythæ & Tartari, singulari dexteritate, hoc *Qui populus*
exercitio utebantur: veluti mira de ipsis scripta *periores*
legimus. Nam non aliis armis, quam his ipsis *iacundis sagittas*,
telis atque sagittis in bello, equis insidentes ute-
bantur: ut etiam fugientes à tergo jaculari, aver-
sique sequentes hostes læderent perinde ac ad-
versi;

Sarmatica maior Geticaq; frequentia gentis

Per medias in equis itq; reduq; vias.

In quibus est nemo qui non Coryton & arcum,

Telaq; viperaq; lurida felle gerat.

Eiusdem exercitii peritissimi quoq; fuerunt Ithu-
ræi, unde Poëtæ cecinerunt arcum Ithuræum;
sagittas Parthicas: nervos Geticos: Pharetras
Sarmaticas.

Cretenses item fuerunt ballistæ & sagittandi
peritissimi, atque inter alios celebriores, pagi
Cydonii coloni; Vnde Virgilius:

Ire libet Partho torqueare Cydonia cornu

Spicula, tanquam hac sit nostri medicina doloris.

Romani dabant operam, ut sua juventus ple-
rumque imbueretur atque institueretur omnibus
istis disciplinis, quæ ad bellicam artem specta-
bant:

Alex. lib. bant: præcipue tamen curabant, ut jaculandi per-
I.c. 20. ritia excellerent, eiusque rei inter arma peritiam
 non vulgarem haberent.

Hæc ars olim adeo fuit honorifica atq; specta-
 bilis, ut Ethnici inde honoris titulos ac nomina
 mutuati sint: quibus Deos suos, & fortissimos sui
 seculi heroës affecerunt. Poëtæ Apollinem vo-
 cant Sagittiferum:

Mars clypeus melior: Phœbus præstantior arcu.

Arcuballisti præstan-
tissimi. Et Hercules, qui à Rege quodam Oechalizæ,
 nomine Euryto, didicerat sagittandi industria-
 am: Centaurum Nessum, quamvis in ulteriore
 Acheloi ripa remotum, & cervam æripedem,
 certo trajecit istu, Harpyjasq; volucres in medio
 aere confecit.

Fuerunt similiter multi potentes Monarchæ,
 Principes, duces, aliique magnates, qui summae
 sibi laudi & gloriæ duxerunt, si in huiusmodi ex-
 erciitiis eminere, & primas præ aliis partes obti-
 nere potuerunt.

Cyrus rex Persarum, Teridores, Dux & Prin-
 ceps Parthorum excellens, à Nerone tandem superatus:
 Constantius ac Gratianus, Imperato-
 res Romani: hi omnes, inquam, eximie in histo-
 riis celebraatur, ob singularem industriam, qua
 in telis & sagittis jaculandi excellebant: qua et-
 iam in arte incredibilia & admiranda peritiae sue
 ediderunt specimina.

Quid dicemus de Commodo (et si sit, qui à
 parentis sui singulari probitate ac pietate pro-
 fus degenerarit) cuius tamen interim tantum
 era robur, ut etiam elephante in jactu hastæ pe-
 nitus

nitus transfigeret: tantaq; dexteritas, ut emissis centum sagit:is, centum leones humum dejice-ret: unoq; solo istu plures feras simul in terram prosterneret: imo tam peritam & exercitatum sibi comparaverat manum, et quicquid oculo de-stinasset, jaculo & sagitta contingeret: ut autho^r est Sabellius, lib. 5. Ennead. 7.

Non minori industria præstantiaque in hoc exercitiorum genere, olim florebat Imperator Domitianus: qui in sagittarum studio totus erat: Centenas variis generis feras scepè in Alba-no successu confidentem spectavere plerique: atque etiam ex industria ita quarundam capita fi-gentem, ut daobas istib; quasi cornua effinge-ret. Sed adhuc magis mirandum est, quod de eodem scribit Suetonius: Nonnunquam, inquit, in pueri procul stantis præbentisq; pro scopulo dispansam dextræ manus palmarum, sagittas tanta arte dirigebat, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent.

Posset mihi hic quispiam obiecere, hanc de hu-ius generis exercitiis tractationem, potius specialem (ut quæ de rebus bellicis agat) quam gene-rale esse: à qua tamen pro nostri instituti ratione non discedendum fuerit: Esse præterea talia exercitia solummodo particularia brachiorū, non autem totius corporis. Ad quorum objectionem respondemus, quamvis hæc ita se habeant, nos tamen quotidie perspicere, plurimos homines sedentariam ac mechanicam exerce-tes, solere diebus festis à prandio, arcuum & ar-cubalistarum exercitiq; incumbere, idque non fo-lum

lum in pagis ac oppidis, sed pluribus etiam civitatis primariis, ubi publica loca talibus exercitiis destinata sunt: Vnde occasionem arrivimus de eiusmodi exercitiis differendi, illorumque præcipuas differentias propositas, huic capiti inferendi: utpote, quæ non minus etiam sanitati, quam quævis alia conducant, ac ubi vis locorum maximè vigeant.

Satis dictum esse opinor, de quinque horum exercitiorum generibus, quæ præcipue ab antiquis olim inventa & usitata fuerunt: quibus progressu temporis, quam plarima alia accesserunt. Nam loco cursus pedestris, equi postea adhibiti fuerunt, quorum ministerio insidetes ad cursum utebantur. Equi porro in hunc finem domiti, artificiosè edocebantur, ut pro cuiusvis arbitrio, scite ac bellè saltare, ac resultare addiscerent: quorum usus postea non solum erat in eiusmodi exercitiis equestribus, sed etiam in aliis certaminibus ac ludis, quos vocabant equestris concursus. Virgilius 5. Aeneid. de horum exercitiorum origine tractat. Quæ, cum nimis usitata hodie sint, & in Gallia & alibi, non necessam esse putamus, de illis plura hic scribere.

Fuerunt etiam in hunc modum certamina ac ludi instituti, duobus scilicet equis, simul in curru conjugatis ac copulatis, interdum etiam quatuor: quæ certamina vocabantur bijuga & quadrigula. Utimur hodie in Germania, Gallia & aliis regionibus, eiusmodi curribus, bigis & quadrigis in eum finem, ut illorum beneficio, de uno loco in alium, sive propinquum sive longius

Hippocr.
tit.

gius dissum provehamur, ac sic ab una urbe in aliam quoque commodissimè pervenire queamus. Sunt autem isti ab omni parte occulti ac de-super testi, contraq; omnem tempestatum injuriam optimè muniti, instar alicuius cubiculi.

Ex hac curruum commoditate, saepenumero incommodum maximum incurrit: quod scilicet, qui illis vehuntur, dum perpetuo iis insident, & alternatim pedibus incedere negligunt, ex as-fiduo horum, ac nimis violento motu, corpus concutiant, & crarum ac reliquorum membrorum juncturas enervent, ac torpidas inde referant. Præterea ex huiusmodi motus violentia, præter reliqui corporis perturbationem, renes simul concutiuntur, unde facile inflammantur, nec non qui calculo obnoxii hinc valde laeden-tur ac torquentur.

Si hic recensere vellem omnia exercitiorum ac ludorum genera, quæ apud veteres olim usi-tata erant, quæque adhuc nostro seculo non desierunt, ut est inter alia, ludus digladiatorum si-ve pugilum, citius me tempus, quam scribendi materia desiceret.

Dicam solummodo pauca quædam de pilæ *Ludus pilæ.*
Iudi tanquam usitatori ac omnium primo & no-bilissimo, cui veteres plarimum olim tribue-runt. Scriperunt enim de illo multi, inter quos Pollux quatuor huius ludi distinctas proponit species, quarum primam vocat *intervix;* se-cundam *quadrigæ;* tertiam *duodecimæ;* quartam *decimæ,* propterea quod in hac ultima differentiâ, luso-rum unus, resupino corpore jacens, in altum ver-sus

*Vjus cum
rum.*

*Lib. de re-
rum vocab.*

sus cœlum pilam totis viribus mittebat, quam reliqui collusores excipiebant, antequam relapsu, terræ superficiem attingeret.

Quatuor pilæ iudi generæ.

Nos quoque adhuc quatuor pilæ ludi genera habemus, quæ in omnibus tamen cum veterum differentiis non conveniunt. Primum genus sola manu & pila, mediocriter molli, perticitur: cuius magnitudo respondet globo ligneo, cuius usus est in ludo, dicto Gallicè *Palemaille*: familiaris hic ludus est literarum studiosis, nec non aliis iuvenibus in Vasconia: quem Galli vocant, *Ieu de la Pelotte*. Secundum vocatur, *Ieu de longue Paulme*: propterea quod in eo ludo mette locus, quo mittitur & remittitur pila, maiori longitudinis distantiâ, à priore distinguitur: Utuntur autem lusores ad pilam iaciendam palliculâ quadam, sive instrumento quodam ligneo, parvo, mediocriter lato, cum capula rotunda, quod prorsus simile est isti malleolo ligneo, quo mulieres quibusdam in locis, linteamenta sua inter lavandum percutiunt ac repurgant. Tertium, & eleganius, & usitatus est illud, quod simpliciter ludus pile dicitur, Gallicè *Ieu de Paulme*. Hic ludus exerceetur in certis quibusdam locis, sive domibus ex quatuor parietibus constructis, iisque vel tectis vel apertis, quæ loca similiter iudi ipsius nomine à Gallis insigniuntur, & vocantur *Ieuux de Paulme*: Germani dicunt *Basshaus*: à pila & loco, ubi ladi habentur. Hoc in ludo, pilæ agitantur reticulo quodam, hoc est instrumento ad retis similitudinem, ex nervis diametraliter & transversim expansis, confecto.

Quem

Quem ludum indifferenter hodie exercent, tam superioris quam inferioris conditionis homines. Qui hic cum judicio & industria diligenter obseruant eos, qui male ludant, aut qui bene, faciliorem utique viam invenient, ad huius ludi perfectionem pervenient. Quartum genus ludi pilæ, est ludus folliculi, Gallicè *Ieu du Balon*. Foliculus autem hic, est genus quoddam pilæ, rotundum, magnum, ex corio consutum, intus vacuum, & non nisi aere repletum: quem brachiali quodam ligneo in aërem magna violentia propellunt: qui ludus in pluribus locis admodum familiaris est iis, qui ditiones sunt, aut summo nobilique loco nati. In quibus omnibus enarratis ludis, lusores partite, duo videlicet aut tres, contra alios totidem: aut etiam plures contra plures sæpenumero, ludere, seq; tali exercitio mirifice oblectare solent.

Præter hos adhuc alii ludi & exercitia reperiuntur, ut ludus truncolorum, Gallicè *Ieu de Quilles*: qui à meta duplice, longiori scilicet & breviori, distinguitur in ludum longum & brevem. Est preterea ludus, *Palemaille* Gallicè dictus, quo globus ligneus (plerunque ex buxo, tanquam duriori & solidiori ligno tornatus) pugni magnitudinem, aut paulò maiorem referens, malleo similiiter ligneo, manubrium rotundum ac oblongum habente, per planam terræ superficiem, summo ac maximo, cum impulso ludentis propellitur. Qui duo ludi valde communes sunt inter plebeios quoque, tum in Gallia, tum in aliis regionibus.

*Allie ludo-
rum genera*

Inter

De venatione. Inter omnia verò exercitia, quæ præstantia et
celebritatis laudem merentur, venatio facile pri-
mum occupat locum: cuius differentias varias
ponit Plato in Sophista. Nos autem hic tantum
de illa differemus, quæ affinitatem quandam
habet & communionem cum vita rustica, & in
qua feris ac bestiis persequendis capiendi que-
infidiae struuntur. Ex qua consideratione elici-
tur, quod exercitium hoc maximè sit necessari-
um, utilissimum simul, ac jucundissimum: sicut
id paulo post pluribus exemplis demonstrabi-
mus.

Necessarium enim illud est, ad arcendas & è
medio tollendas atrocissimas & crudelissimas
istas feras, ut sunt Leones, Vrsi, Lupi, Vulpes, ac
aliae rapacissimæ & nocentissimæ id genus simili-
les bestiæ, quæ non nisi noxam ac damnum ho-
minibus inferunt.

Vtilitas autem eius in his duobus maximè
conspicitur: primum quod corporis sanitati hinc
prospiciatur ac consulatur, dum scilicet id venator
variis exhortationum modis, prout ipsi vi-
sum fuerit, expedire potest, sive pedes ire li-
buerit: sive equi ministerio adjutus, incedere
voluerit: sive laborem grandorem aut levio-
rem suscipere, eumq; longiori vel breviori tem-
poris spacio continuare placuerit: in quibus o-
mnibus, tum pro corporis varia constitutione
ac conditione, tum pro fortioris aut imbecillio-
ris valetudinis ratione, caure & adhibito iudicio
agendum est. Deinde utilitas huius exercitii ex-
imia ac maxima, hinc quoque elucescit, quod ex
illius

illius usū ac beneficio, carnis & delicio-
sis non solum urbium forā, sed potentiorum et-
iam mensē ac tabulæ refertæ ac ornatae, vide-
antur.

Tandem exercitium hoc proprium est Nobili-
lum, & eorum, qui generoso & illustri stemma-
te procreatis sunt: ut videmus, eo quondam po-
tentissimos monarchas & principes summoperè
delectatos esse, nec non nostro adhuc seculo
quam plurimos loblectari: tempore scilicet pa-
cis, armisq; vt aiunt, vno suspensis. Nam, dum
ipſi in armorum silentiis, adversus hostem, he-
roicam animi fortitudinem ostendere nequeunt;
illam in persequendis interim, ac venandis sa-
vissimis bestiis, satis abunde declarant.

Cyrus, in domo Astigis Medorum regis, avi Cyrus ve-
sui educatus, solebat in pubertate sua teneriori, nationi de-
edomare equos, & in venatione bestias confice-
re, septo inclusas: postquam adolevit, vt Xeno-
phon lib. I. Cyropædiæ addit, aut leonem aut a-
prum in sylvis perebat. Et idem author, vt de-
monstraret, in quanta aestimatione eiusmodi be-
stiarum venatio apud cæteros quoque Persarum
reges esset, vltérius de illa in hanc sententiam
scripsit:

Persarum, inquit, rege exeunte venatum (exit ..
autem in mense multoties) epheborum dimidia ..
pars ab ipso educitur. Causa verò cur publicè ..
venationi operam dent (in qua rex ducis offi- ..
cio, perinde ac belli tempore fungitur, cum &
ipse venetur, & vt venentur alii, curam adhibe-
at) hæc est, quod bellicarum rerum, hæc medi-

V tatio

Venationis tatio verissima videatur esse. Consuefacit enim exercitium ad surgendum diluculo, & ad frigora, caloresq; est speculū preferendum: atq; etiam ad itinera, & cursus exercet. Præterea sagittis jaculisque bestiam petere necesse est, ubi cunq; inciderit. Sæpè etiam acutam in venatione oportet, objiciente se feroci aliqua bestia. Nam quæ offerunt sese bestiæ, feriendæ sunt: ab iis autem cavendum, quæ in ventantem irruunt. Ita ut hinc colligendum sit, sic ut & author ipse in sequentibus declarat, quod non fecus venationis exercitium sese habeat, ac si in bello contra hostem dimicandum sit. Hæcq; duo venatio & bellum, ex pari utriusq; conditione, & similitudine, se invicem mirum in modum referrant.

Hinc Lycurgus legislator Lacedæmoniorum, (imitans Cretenses) eos, qui jam puberem ætatem superassent, in venatione præcipue exerceri volunt, ut studio venationis intenti, ad bellum redirentur aptiores, ut scribant Xenophon & Sto-
Xenoph. m Repub. La- bæus. Porro Strabo lib. 10. & Alexander I. 2. redemon. c. 25, ostendunt, hanc fuisse Cretensium consuetudinem, qui filios suos ab inueniente etiam etate assiduis laboribus firmabant, ne senes jam otio torpescere, honestum duceret. Vnde legimus (apud eosdem authores) eos semper laboriosis exercitationibus, utpote currendo ac venando, algenando, æstuando, arduas, difficilesq; vias peragrando, omnes consumisse juventutis annos. Quin imo eorum pueri in classes, quas *Aulæ* vocabant, distribuebantur: hisq; præferat Pædono-
mus certis diebus in venationes eos educens.

Plu.

Platarchus recenset Alexandrum magnum, Antiochum, & alios præclaros reges adeo fuisse deditos venationis exercitio, ut eius nomine nullam molestiam, neque laborem ullum subterfugerint, quin imo multis fere & maximis periculis sè penumero objecerint.

Idem author testatum reliquit de Pompeio, in eius vita, illum scilicet, victis & subactis Numidis & barbaris isti genti terrore incusso, ob nominis claritatem & potestatem summam Romanorum imperii: non quievisse hominibus devictis: sed, cum sciret, regionem illam præ ceteris, innumeris bestiis ac feris, iisq; ferociissimis & invictissimis abundare, eas impetiisse, domuisse ac debellasse: ut & hæ Romanorum felicitatem ac virtutem, omnium rerum dominicem ac expugnaticem, tandem sentirent: Et ob hanc causam, certis quibusdam diebus exhibat ad venationem Leonum & Elephantorum.

Mithridates Rex Ponti in Asia, & Adrianus Imperator Romanus, tam inexplibili uterque amore prosequebantur studium venationis, ut mira de illis referant historiæ: ubi unus huic exercitio tam stupendo modo intentus erat, ut et iam septem integros annos nullo prorsus usus fuerit tegumento, vel opertorio, sive ruri, sive domi, aut in urbe. Alter vero mortuo & sepulto equo suo, in æternam eius memoriam erexit columnam, super inscripto Epitaphio: eò quod opera eius in venationibus longo jam tempore usus fuisset. Hi potentes monarchæ non interim à negotiis publicis, cum res postularet, ob-

V 2 CUM

eundis supersedebant: nec quod spectabat ad imperii administrationem, diligenter eius satagerere cessabant: qui promptissimi semper ibant singulis horis atque momentis, hostibus obviā: eosque, si quid forte moliebantur, à finibus suis arcebant, non secus ac ipsi solebant ex consuetudine quotidiana, feras ac bestias venando persequi & profligere.

Venatio pro prie conve- Imperator Albertus solebat subinde dicere, *nit viris*, venationē esse exercitiū virile, & viris tanquam *Saltatio au tem fami-* bellicosis magis competere: cum saltatio conueniat fæminis, quæ omnia alia voluptatū genera superat, excepta illa, quæ ex venatione capitur.

Nec Carolus Magnus, vt confirmat Cuspianus, vel in senectute sua contemnebat venationis exercitium, tanquam rem saluberrimam: ac quando is exire constituerat, neque nive, neque glacie, neque frigore, neque æstu, neque asper- rimis scopolis, neq; horrendis & inaccessis montibus, neque densissimis dumetis perterrefactus, à sententia vñquam recessit: sed institutum constanter prosecutus est.

Sed quid moror in venationis exercitio commendando, ciusq; laudibus prædicandis? Quorsum exempla Alexandri Magni, Antiochi, Mithridatis, & Caroli Magni, aliorumq; suo tempore monarcharum potentissimorum, heroum fortissimorum, & venatorum excellentissimo-

Fortitudo et magnanimitas rum producamus? Siquidem apud nos sit, quem solum proposuisse sit satis, magnus ille HENRICKS Henrici IV. Regis quartus huius notinisi, Franciæ Monarcha invictissimus, quem præ aliis omnibus principibus,

bus, virtutum ornamenti, gloriæ ac victoria-
rum in hostes triumphis emicare: toti orbi con-
spicuum est. Quid non ille sive bellorum tempo-
ribus, in debellandis ac perdomandis hostibus:
sive alio quovis tempore, in tolerandis maxi-
mis & Herculeis laboribus, ac præsertim in ve-
nationibus perforat, ubi vix occurret alter, cui
tam constans atq; par animus fuerit.

Falconaria sive accipitraria ars, genus etiam *Falconaria*,
quoddam est venationis, quod propriè principi-
pum ac nobilissimum exercitium est, ex quo ipsi sin-
gularem etiam voluptatem referre solent. Nos
de Falconaria abundè satis in lib. 6. nostri Magni
speculi mundi scripsimus: quam ob causam plu-
ra hinc dicere supervacaneum est.

Restat de natandi exercitio differere, quod in
aquis perficitur, quodq; non minus, ac alia quæ-
vis, scitu utile ac necessarium est: utpote cuius
beneficio sæpen numero magni viri, in gravissi-
mis periculis constituti, se salvos ac incolumes
morti eripuerint: ut interim nihil dicam, de singu-
lari eius utilitate, ad corporis sanitatem con-
servandam, deperditamq; restituendam: quæ sa-
nè tanta est, ut ex eius usu tempestivo & legitimo,
infinita corporis mala, quæ ob caloris ex-
cessum, refrigerium & humectationem postu-
lant, è medio tolli & curari possint. Cui institu-
to confert balneum universale maris aut fluvio-
rum: remedium vulgare, morsu canis rabiosi la-
borantibus, nec non melancholicis ac phthisicis.

Græci & Romani, qui præ cæteris populis,
hac laude extolluntur, ut qui juventuti suæ præ-

V 3 scripse-

scriperint salutaria præcepta, omnis generis disciplinarum, eandem quoque, iuxta Aristotelis doctrinam, utilissimam docueront natandi arte: ut juvenes suos robustiores redderent, ad graviora exercitia ac labores perferendos.

*Alex. l. 2.
e. 25. & l.
3. c. 20.* Nobiles præsternit Romani, inter alia exercitia bellica, nandi quoque studio summoperè incumbebant. Vnde proverbium natum est, in liberos deploratos: neque natare, neque literas didicit.

Si Julius Cæsar imperitus fuisset natandi, neq; vitam neq; commentarios suos salvos unquam conservasset: dum nimurum cogebatur se præcipitem dare in mare, & ultrâ ducentos passus nando confidere, ut in navim propinquam se reciperet, & à nimis subitaneo ac improviso hostium incursu, se in Alexandria defenderet.

*Natandino
utilitas.* Quintus Sertorius, & M. Scævola, sola arte bene natandi, uterque magna cum admiratione, & insuper armis induiti, evaserunt hostium impressionem: Vnus quidem non mediocriter sauciatus, natando trajecit Rhodanum fluvium rapidissimum, in ipso hostium conspectu: alter verò undique ab hostibus circumvallatus neque aliud refugium præter mare videns in id præcepis irruit, & exercitum Cæsaris Ducis sui insecutus est. Quis igitur natandi peritiam non laudet, ex qua tanta utilitas promanat etiam vel ad eos, qui militiam sequuntur? Hoc exercitium, spaxina olim in commendatione erat, ut videre est in Agrigentinis populis, qui suo tempore omnes alios, deliciarum cultu & sumptuum profilio-

fusione superabant, ut Plato testis de illis scribit: Perinde Agrigentinos ædificare, ac si vi-
ctari perpetuò forent, itemque convivari, vel-
ut semper morituri. Idem, Agrigentini inquam,
ædificari curabant, in honorem & gratiam Ge-
lonis (qui ex Satellite factus erat insignis Rex ac
dux belli) magnis impensis & sumptibus mata-
toriam, cuius ambitus septem stadia contine-
bat: profunditas vero erat viginti cubitorum:
in quam derivatae multæ aquæ fluviales & ri-
vali fontani, ad aquam vividorem reddendam,
decurribant. Abundantia cygnorum, & varia-
piscium genera, conspectu pulchriorem ac amoe-
niorem reddebat locum. Ita ut natatoria illa in-
ter miracula mundi, sui temporis relata fuerit:
tandem successu temporis diu neglecta compu-
truit, & collapsa est, ut Athenæus & Diodorus
scribunt.

Nos hic ferè omnia illa exercitiorum genera
exposuimus, quæ humanæ vitæ plurimum pro-
desse, ac vulgo in usu esse solent. Restat nunc, ut
doceamus, quomodo ea pro variis ætatis, na-
turæ & personarum circumstantiis, convenien-
ter applicari debeant.

Est igitur generale & commune officium
omnium exercitiorum, ut ex eorum usu legiti-
mo animalium calor excitetur & augeatur. Di-
stinximus autem suprà exercitia in vehementia *Aegineta lib. i. de re*
seu laboriosa; in mediocria: & in leuia. Vehe-
mens & laboriosum dicitur, in quo respiratio *Oribas. lib. i. Synops. 13*
est difficultima sine velocitate, ex quo musculis *Exercitia violenta*
& nervis robur paratur. Eiusmodi sunt terram
V 4 fode.

*Natatoria
Agrigentina
inorum.*

*Ath. l. 12.
cap. 2.*

*Diod. lib.
I. cap. 1.*

fodere, & onere maximo imposito, vel eodem subsistere loco, vel paulatim ineedere.

Mediocria. Exercitia verò medicoria citra tantam violentiam fiunt: huius generis sunt, cursus levis, armorum exercitatio, lucta, magnæ & parvæ pila, lusus.

Paro. Levissimum exercitium est lectio, musica vocalis, & instrumentalis, ludus chartarum, tabularum, & deambulatio.

Omnium horum exercitiorum diversus est finis, & applicandi modus, pro diversa partium corporis, personarum, & ætatum ratione.

Exercitiorū Violenta in genere musculis, & nervis robustorū parant: quod non minus & reliquæ duæ efficiunt differentiæ: in specie verò certis corporis partibus consuluntur: ubi exercitiorum alia lumbos, alia manus & crura, alia spinam, aut collum solum, alia caput, vel thoracem, & alia pedes juvant. Sed quoad respectum personarū, & ætatum: violenta exercititia convenientiunt juvenibus & viris robustis potius quam senibus: potissimum verò iis, qui in sudore victum quotidianum queritant, quales sunt agricolæ, operarii, bajuli dossuarii, faccarii, & multi huius generis opifices alii: qui id genus exercitiis laboriosis, maturo tempore assueverunt.

Mediocria propriè conveniunt divitibus, qui ex fortunarum suarum reditu vicitant: necnon & illis, qui literarum studio, & armis ex professo addicti sunt.

Quin, ut liberè dicam, quod sentio. Nobiles in primis nec non & alios, ad arma natos ac destina-

stinatos juvenes, magis deceret laboribus asper-
rimisq; exercitiis mature assuescere, quām molli-
otio delicate indulgere.

Hunc morem à Lacedæmoniis imprimis ob-
servatum legimus: qui simul ac animadverte-
bant, juvenes suos à prandio, jucundis quidem
& gratis, sed proorsus inutilibus obambulationi-
bus tempus fallere, Ephori repente per suos mi-
nistros imperabant, ut ad honesta officia se con-
ferrent, nec male aut otiosè bonas horas per-
derent. Indignum enim Lacedæmoniis esse, de-
ambulationibus aut inertia, non autem congruis
exercitationibus bonam corporis valetudinem
tueri: sic enim alacriores ac promptiores, aptio-
resque ad omnes bellorum molestias preferen-
das futuros, cum occurrat occasio.

*Ael.lib. 2.
de var. hist.*

Justin. l. 3.

Quin etiam Lycurgus eorum legislator, pue-
ros impuberes non in forum, sed in agrum de-
præcipiebat, ut primos annos non in luxu, tute educer-
etur, sed in laboribus agerent: nihil somni causa sub-
sternerent, vitamq; sine pulmento degerent, ne-
que prius in urbem redirent, quām in viros for-
tes evassissent.

Sed excipiet hic aliquis asperam nimis hanc
Lacedæmoniorum fuisse disciplinam, ac mode-
rationis terminos transiliisse, quæ ubique con-
grua & salutaris esse debet. Sic enim tenellam
juventutis florem in timore & perpetua formi-
dine educatum, flaccescere potius & marcescere,
quām vim vigoremque assumere: singula enim
singulis æstatibus opportune esse accommodan-
da, ne vires labescant excessu. Optarem hic qui-

V 5 dem,

dem, si res meo staret arbitratu, modum & mediocritatem servari: quanquam probo, ut qui juvenes ad arma nati sunt, eiq; studio addicti, & qui alii præficiendi sunt, pro huius seculi conditio-ne, paulo severius ac asperius tractentur ac exerceantur, ab omniq; molitie & deliciis avocentur: ut ex matura assuefactione, sive in venationibus, sive aliis laboriosis & violentis exercitationibus, fortius discant omnes temporū injurias sustinere. sive pedibus potius, quam equo vectis incedendum fuerit, sive noctuq; diuque, aestivis hybernisq; tempestatisbus, intensissimis & extremis caloribus, frigoribusq;, in nivium pluviamq; molestiis, perpetuo sit laborandum.

Hoc igitur vitæ genus tyronibus omnibus, qui armorum studiis dediti sunt, apprimè con-gruum est, ut scilicet jaculandis telis & sagittis, cursuq; (non, ut hostem fugiant, sed furent) initientur. Quin etiam ipsemet ludus saltus ac pilæ, ex quibus major corporis agilitas & promptitudo comparatur, huiusmodi juvenibus convenientissimus est. Omnium autem accommodatissima exercitatio futura est, arma subinde capessere, equum informare ac ritè agitare: in arenam cursoriam descendere, pugnas ludicas instituere, & huiusmodi alia exercitia ad armorum economiam spectantia. Quod si literarum studium accesserit, quibus ingenium exerceatur, perfectissimi, ac consummatissimi militiae magistri-fient: literis enim magis illustrantur arma. Id quod testantur tot magni illi Græcorum ac Romanorum duces, qui olim floruerunt, quiq; penè omnes

Omnes literis ab ineunte ætate incubuerunt, unde comparata uberrima doctrina, & in senatu & in armis excelluerunt.

Literarum quinetiam beneficio accessum habent juvenes, ad alia exercitia & ludos scholasticis familiares, ut est lucta, saltatio, palæstra, & id genus alia mediocria exercitia, quæ etiam ab aliis cuiuscunque dignitatis aut conditionis hominibus institui ac usurpari possunt.

Exercitia moderatiora, quorum suprà fecimus mentionem, ut est vocalis musica, lectio, & iudi tabularum, in quib. inter ludendum à mensa non surgendum nec exeundum est, sunt ea, quæ corporis simul, & ingenii operâ peraguntur. Item diuturniores ac vehementiores deambulationes tamen matutinæ quam vespertinæ, quæ potius foemineo competitum sexui aut delicatulis, quorū natura aut complexio imbecillior est: velletiam ipsis, qui senio confecti, languescere incipiunt: quibus concessum est, pro crurum pedumve viribus recreandis, deambulare tantum, quantum velint.

Nam senes prorsus otiosi, qui nullà utuntur exercitatione, corpus vitiosis humorum cruditatibus replent, quæ seminariæ causæ existunt multorum affectuum, unde sacerenumero, morte acceleratà, vitæ cursas ante tempus abrumptur, quæ alias ex interventu huiusmodi exercitiorum, conservari diutius possit: ubi imitandum, sibi eiusmodi homines proponant exemplum magni illius Philosophi Socratis, qui, diam solebat quotidie fere usq; ad vesperam contentius ambula-

*In exercitu
tiorum de e-
ctu, respe-
ctus perso-
narum has
bendit.*

*Senib. com-
petit exer-
cium mo-
deratum.*

bulare, à quodam interrogatus, cur hoc faceret,
Cir. lib. 5. respondit, quò melius cœnein. Quibus verbis o-
Tus. quest. stendit vir sapientissimus, deambulationis usum,
 tum ad ciborum appetitum, tum ad cruditates
 absumentas, non parum conferre.

Porrò in his particularibus ambulationum
 exercitiis, de quibus sermo est, quæq; non solum
 senibus, sed cuilibet etiam ætati familiaria sunt :
lib. 1. de re med. cap. 2. alia quædam occurunt observanda, à Celso stu-
 diosè annotata, quæ huic loco non malè inse-
 renda esse duxi : ex quibus nonnihil utilitatis be-
 nevolus etiam lector, si placet, capiat. Differen-
 tia autem ambulationum, inquit, sumitur, vel à
 situ loci, vel ab hora, & tempore, vel ab aliis cir-
 cumstantiis : ubi ostendit, ambulationem per
Locus deam lulationib. locum planum minus commodare & conferre,
destinatus quam per locum accliviorum ac decliviorum :
qualis esse idque ideo, quod tum quadam varietate corpus
debeat. moveat. Sed nolim hoc referri ad eos qui cor-
 pore languidiore ac imbecilliore sunt, & qui vix
 è morbo quodam convaluerant, quique poda-
 gricis doloribus, alijsve corporis languoribus
 sunt obnoxii : his enim melius conducant deam-
 bulationes per loca plana. De reliquis horum
 exercitiorum circumstantiis Celsus hæc subjun-
 git : melior autem est sub dio, quam in portica :
 , melior (si caput patitur) in Sole, quam in um-
 bra : melior in umbra, quam parietes aut viri-
 daria efficiunt, quam quæ testo subest : melior
 recta, quam flexuosa.

In explicatione & consideratione horum ex-
 ercitiorum, quorum varia genera ac species su-
 pra

praenucleavimus, palam in multis ostenditur, quām eximia & excellens sit illorum utilitas. Illis enim, qui valentioris alimenti cibum sumperūt, exercitatione uti convenit vehementiore & concentatiōre deambulatione, venatū, palæstra, cursu, disco, pila parva, uti scribit Aetuarīus lib. de spiritib. animal. natr. cap. ii. hęc superioribus adjungens: summatis quodcumque tandem exercitationis genus existimetur respirationem vehementiorem conciliare posse, ac calorem augere, & tenui quodam sudore humectam cutim perfundere, his ipsis accommodum.

Exercitia præterea congruant cum natura & complexione eius, qui iis utetur. Opus enim habent exercitatione majori & violentiori, quicunque corpore prædicti sunt carnosō & solidō: pituitoso & excrementorū copia luxuriante: quām qui graciles sunt, macilenti & emaciati, qui dum sunt siccioris temperamenti, à tanta superfluitatē excrementiarum ubertate facile excipiuntur. Quae omnia medici prudentis iudicio ac solertia committenda sunt. Ratio quoque habenda est illorum exercitorum, quae tum ad tuendam sanitatem tum ad curationem morborum diuturnorū & chronicorū, ut podagræ, epilepsie, & similiū, præcipienda sunt.

Tempus quoque idoneum exercitationum probè considerandum, semperque, quo ad fieri re exercitiorum. De tempore exercitiorum.

pus exercendum est. Quod quamvis nulla egeat probatione, dochisque plus satis constet: audiamus tamen, rudiōrum gratia, veterum hac de re testimonia.

Aegi-

Lib. 1. de re Egina, de opportuno exercitationum tempore sic loquitur: Quandoquidem igitur, inquit,
med. c. 16. pore sic loquitur: Quandoquidem igitur, inquit,
 „ distributioni alimenti opitulantur, non oportet
 „ crudorum & incoctorum, neque ciborum, neque
 „ humorum copiam aut in ventre, aut in venis
 „ contineri. Periculum enim est, ne ad omnes cor-
 „ poris partes attrahantur priusquam concocti com-
 „ modi sint. Clarum itaque est, ante cibos exerci-
Tempus ex- tia sumi debere. Verum temporis opportuni ex-
ercitii oppor- tunitas notae ex urinarum colore colliguntur.
tunum ex Nam quae aqua est, incoctum adhuc significat
urina cognoscitur. distributum in ventre humorem: fulva vero &
 „ biliosa, jam diu concoctum esse. moderata autem
 „ pallida, recens facta concoctionis signum est.
 „ Tunc igitur ad exercitia ducere oportet, idque ve-
 „ sicae & ventris recreementis prius reiectis.

Synops. lib. Oribasius idem confirmat iisdem ferè verbis:
10. cap. 2. cum igitur, inquit, digestione in corpus adju-
 vant, neque crudorum, neque incoctorum ciborum
 „ aut succorum in ventriculo atque intestinis multi-
 „ tudo sit oportet: periculum enim esset, ne ante-
 „ quam per concoctionem utiles facti essent in o-
 mnes animaptis partes raperentur: ex quo pa-
 tet, exercitia ante cibum fieri debere. Ut igitur
 non medicus tantum, sed quilibet alius intelligat
 sciatque signa perfectæ concoctionis urinæ, ex cuius
 inspectione aptum & opportunum exercita-
 tionis tempus colligere potest, audiat, quae &
 Oribasius, & Egina subjungant. Pro oppor-
 tuna temporis nota inquiunt, urinæ-color est:
 „ Quae enim aquæ speciem præfert, crudum ad-
 „ hoc esse eum succum indicat, qui in ventriculum
 sub-

submittitur : quæ vero ruffa biliosaque est , jam ^{ee}
dandum concoctum esse : quæ mediocriter pallet , ^{ee}
nuper factæ concoctionis signum est , ac tunc qui- ^{ee}
dem adeunda est exercitatio , ejectis tamen prius ^{ee}
excrementis , quæ in vesica & ventre continetur . ^{ee}

Hæc sunt salutaria illa præcepta , quæ de exer-
citiorum tempore , & eius legitima observati-
one nobis proponuntur à clarissimis illis duo-
bus antiquorum medicorum luminibus : ut ipso-
rum utilitates nobis innotescant . Neque hæc di-
cta sine agricolis & operarijs , qui æquè post , ac
ante cibum , nulla intercedente vacatione , à ma-
tutino tempore usque ad vespertino continuè
manuum suarum operatione ac labore , panem
lucrantur : sed potius illis , quibus Deus largius
est opes ac fortunas , ex quarum affluentia ac co-
pia omnia ad vitam sustentandam necessaria a-
bunde illis suggeruntur , principibus præsertim ,
ac iis qui auctoritate primaria ac summa reliquis Quibus po-
præcedunt , ac præsunt , quiq[ue] claves imperij te- ^{rissum p[ro]p[ter]e}
nent , & ad gubernacula Reipub. sedent : à quo- scripte sind
rum sanitatis tutela ac præservatione , non priva- regula ex-
tra solum ipsorum , sed publica potius omnium sa- ^{er}ecclie rerum ,
lus dependet : & cum quorum interitu ac perdi-
tione , intereunt ac cadunt simul omnia . In ho-
rum , inquam , gratiam , hæc saluberrima exercitio-
rum præcepta , data potissimum sunt : ad quæ
ut diligenter vitæ suæ rationem instituant , sum-
mā industria ac diligentia niti illos decet : præ-
cipue autem illis hæc dicta sunt , quicunque
jam aliquam corporis ægritudinem præsentia-
nt , quæ subinde , ex delictis exercitiorum ,

non

non maturo opportunoque tempore adhibitorum, longius proserpit, ac in dies magis magisq; augeri potest.

*Lib. 1. de re
med. cap. 2.*

Cellus præterea, in specie, his qui ventriculo debiliori sunt, observandum illad imperat, Prima (inquit) eius curatio , exercitatio est, quæ semper antecedere cibum debet: in eo qui minus laboravit, & benè concoxit, amplior: in eo qui fatigatus est, & minus concoxit, remissior.

Sufficient igitur hæc de exercitiis: quorum usus naturalis ac legitimus, admodum utilis est & necessarius, ad sanitatis vitæque diuturnæ conservationem: cum contrà illorum intermissionis varios morbos, teste Aëtio, ingeneret.



DE QUIETE.

Cap. XII.

Demonstravimus suprà, clarissimorum virorum authoritatibus non solum, sed firmissimis etiam ac validissimis rationum motibus comprobavimus, quam utilis & necessarius exercitiorum sit usus, ad corporis humani tantatem conservandan: adeo, ut non putem, inventari adhuc quendam posse, qui in re tam certa ac manifesta dubitare ausit.

Hinc igitur palam liquet, ex primis illis & antiquissimis medicis, Asclepiadem, & post illum Erasistratum (errore ambos effascinatos) per-

peram

peram non solum reprehendisse, sed conatos *Abrogatio exercitorum*
quoque fuisse omnem exercitorum usum tolle-
re, tanquam rem inutilem & exitiosam: qui que
cō vesaniae processerant, ut hominibus persua-
serint, majorem esse quietis otiique necessitatem,
quam exercitii, contra plas quam centum me-
dicorum, illorum etate florentium, opinio-
nem.

Si igitur summis hastenus laudibus, exerce-
tiorum usum, ad sanitatis conservationem sum-
mē necessarium prosecuti fuimus, id ad imita-
tionem plurium antiquorum medicorum, qui
nobiscum idem sentiunt, fecimus. Adjunxitus
præterea differentias illorum conspicuas, ex
quibus disci potest, quænam exercitia sint vio-
lentiora, quæve moderata, & naturæ consen-
tanea.

Similiter nunc de quiete dicturi, neque Ascle-
piadis neque Erasistrati opinionem amplecte-
mur, qui nimis otio seu quieti indulgentes, plus
justo ipsi attribuerunt.

Nimis enim diurna ac otiosa quies obest
non solum corpori, sed etiam animæ: causa quæ
existit pravarum cogitationum: vitam dissolu-
tam reddit, torporem membrorum inducit, i-
gnorantiam fovet, socordiam excitat, memo-
riam auferit, sapientiæ studio adversatur, judici-
um obtundit, corpus nimis refrigerat & discolo-
rat, pororum meatus obstruit, humorum deslu-
xiones irritat, morbum articularem gignit, epi-
lepsiam & apoplexiā procreat, & infinita præ-
terea alia mala tam animæ, quam corpori, uti
Effectus &
tu, si quis
etiam.

X dixi-

diximus adfert. Est igitur institutum nostrum deinceps verba facere, non de ea quiete (quam potius damnamus) de qua Poëta his versibus :

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus;

Vi cipient vitium, ni moveantur, aqua.

Sed de illa, quæ motui contraria, spiritus nostros reficit, & membris defatigatis laboreq; languentibus novam roboris vim ac virtutem immittit : partes enim corporis diutius durare nequeunt sine quiete : sicut poëta canit :

Quod caret alternâ requie, durabile non est,

Hec reparat vires, fessâq; membra levat.

Est igitur quies illa, de qua loquimur, moderata, quæ inter res reliquas, non naturales dictas, utilissima quoque & imprimis necessaria est ad sanitatem, si scilicet rectè & legitimè usurpetur.

Hinc è factis edocti literis habemus expreßum mandatum, quod Deus creator & Opifex omnium rerum hominibus dedit : ut scilicet *Quietas uti-* quiescerent septimo die, sicuti & ipse illo ipso die cessavit & quievit ab opere, quod absolvērat : ut salutari hoc exemplo doceatur, diuturnos labores, ut leviores siant, intermissione aliquando levari oportere, ut hoc modo instauratis viribus promptiores animo corporeque ad novos perferendos labores reddamar : nam ut scribitur :

Otia corpus alunt, animus quoq; pascitur illis.

Mediocris igitur & modica quies utilissima est, ob rationes suprà dictas, tām ratione valedudinis bonae tuendae, quātū ipsius vitae producendae. Maximè etiam necessaria est illa ad mul-

to-

torum morborum curam, in qua omnino quies requiritur, aut iuxta proverbium illud Iralicum: O portet ut teneas la man al pedo, & il pie- *Quibus si- di al lecto*: qua quietis ratione utuntur podagri- *quiесcentia*, qui doloribus maximis cruciantur: & illi, qui vulnera quodam accepto vel in pede, vel in humeris miserè torquentur: aut qui tumorè aliquo & inflammatione alicuius partis ad motum ciendum, & corporis progressum promo- vendum, factæ, infestantur. Quies optimum & præsentissimum est remedium multorum ma- lorum, quæ à latitudine proveniunt: simili- ter illa confert etiam omnibus diarrhoeis, lien- teriis, dysenteriis, & reliquis ventris proflue- viis. Nam, ut scribit Aëtius: Silentium qui- *Aet. tetr. 3.*
dem ac quies ventrem cohibent, *moton autem ferm. c. 27.*
& deambulatus impellunt. Id quod confir- mat etiam Celsus his verbis: *Quem verò fre- Cels. lib. 2.*
quenter citata alyvs exercet, semper debet post *de remed.*
cibam conquiescere, ac neque intendere ani- *cap. 6.*
mum, neque ambulatione, utcunque etiam le-
vi, diuineri.

Quemadmodum igitur somnus mediocris post vigilia requiritur, tanquam res utilis & ne- cessaria: sic pari modo utilis & necessaria quies est, post exercitia & labores.

Oribasius lib. 6. collect. medicin. cap. 2. ubi tractat de quiete, expressè docet, quibus homi- nibus, & quibus in casibus quies potissimum sit necessaria: Quibus, inquit, decubitus, iis etiam quies & tranquillitas convenient: ac præcipue qui- *“ “*
dem in principiis accessionum: itemque incre- *“ “*

⁹, mentis, & post cibum nuper sumptum, & cum
⁹, quis dormire cogitat, apta est quies & tranqui-
⁹, litas.

Præterea diligenter observandum est, circa quietis considerationem, quibus temperamentis naturaliter homines sint prædicti. Nam quemadmodum exercitium mediocre, juxta Hippocratem, congruum est & utile phlegmaticis, & iis, qui natura sunt frigidi & humidii: ut qui sunt pingues, obesi, carnoli & robusti: sic similiter quies maximè convenit iis, qui sunt biliosi & calidæ temperie & siccae: qui sunt extenuati, inacri, & emaciati, ac imbecilli: propterea quod quietis beneficio spiritus refocillantur & corroborantur, corpusq; grata humiditate perfunditur. Hæc breviter dicta sunt de utilitate & fructibus, qui ex moderata quiete profiscuntur. Multa sunt supra de somno à nobis dicta, quæ aptè hūc ad quietis contemplationem referri possunt: propterea quod hæc duo maximam vicinitatem invicem habeant, & unum alterum non obscurè referat: quod lectorem, ne rem unam eandemque toties repetere necesse sit, relegatum volamus.

DE REPLETIONE ET INANITIONE.

Caput XIII.

VT tandem finem imponamus sectioni huic secundę nostri Diætetici polyhistorici, nobis adhuc paucis agendum restat de repletione & inanitione.

Reple-

Repletio igitur, quam Græci ~~πληθωριον~~ vocant, Quid & non nisi redundantia, plenitudo ac multitudo *bi* repletio? humorum, qui in corporis cavitatibus & vasis continentur.

Huius autem plenitudinis sive repletionis fons & origo, plerumq; est alimentum, quo corpus, dum nutritur simul etiam nimia humorum suffluitate ac redundantia repletur ac oneratur. Hinc diversa est considerandi ratio alimenti & replementi, si ita loqui liceat.

Soleret autem huiusmodi repletio plerunque contingere in ventre, in intestinis, in vasis & venis, quæ nonnunquam adeo obstruantur, implentur, inflantur ac distenduntur, ut omnino disrumpantur, ac inde nisi summa diligentia præveniatar, sanguinis sæpen numero eruptio causetur: quæ venarum repletio majori cum periculo conjuncta est, quam illa, quæ in ventre fieri solet: quæ ut plurimum, aut superne per vomitum, aut inferne per fecesum evacuatur. Idem confirmat Aegineta, ubi de repletions loquitur, in hunc modum scribens: In cibis, inquit, maximè delinquitur circa repletionem. Nam etiamsi ventriculus probè concoquat, venæ tamen nimium impletæ affliguntur, distenduntur, rumpuntur, obturantur, plenæ fiunt & valde gravantur. Pes simum autem est in morbis, venarum repletio. *Incommoda* At ventris repletio quandoque sursum evacuat *repletionem.* id quod redundant, quandoque deorsum per se- cessum. Et tamen neq; hæc admittenda est, verū si quis plura ingesserit, statim vomere oportet.

Hinc constat, cibum ac potum immoderatè

X 3.

sum-

*Aeg. l. 1.
de re med.
cap. 32.*

sumptum superfluitates & excrementa gignere: quæ omnis repletionis somites, removeri & auferri debent evacuatione, quæ vel natura, vel artis ministerio perficitur.

Varij corpori meatus per quos excrementa purgantur.

Quemadmodum igitur eiusmodi excrementiarum superfluitatum plures sunt differentiae: sic etiam varia & diversa evacuandi loca natura iis destinavit. Caput ad sui purgationem auribus, tanquam sentinis utitur, per quas sordes, & alia capitum excrementa biliosa purgantur. Oculi & os pituitæ evacuandæ inserviunt: crassi vero seu melancholici humoris maxima pars, per narēs destillando effluit.

Horum exrementorum omnium generatio excitatur à meteoris, à partibus inferioribus sursum in cerebrum elatis: hoc est, à vaporibus & exhalationibus, quæ partim ab alimentis, partim à sanguine calefacto & fervescente procreatæ fuerunt.

Duo sunt adhuc alii meatus, sive sentinæ & cloacæ, intestinum scilicet rectum & vesica, quorum pari ratione usus & officium est, ut exrementorum materiam crassiorem, ex alimentis productam, sive sulphura, liquores & sales crassiores excipiant, ad tempus retineant, & tandem excernant.

Fœminæ quoq; uterum sive matricem, loco sentinæ obtinuerunt: ut illius operâ menstruum exonerent sanguinem, quamvis ipsis eiusmodi vacuandi ratio propria & peculiaris sit, non aliter, ac nonnullis viris, qui resolutis hæmorrhoidibus sanguinem melancholicum per anum evanuant.

Cutia

Cutis instar cribri perforata, est commune quoq; totius corporis repurgandi instrumentū: per quāth generaliter & continuē (sive insensili, sive sensili & manifestā transpiratione) vaporosae & spiritales corporis nostrī substantiæ evaporantur & dissipantur: sicuti huius rei documento sunt sudores, aliæque varizæ ac imperceptibiles expirationes, tenuiū substancialiarum, quæ plerunq; è corpore nostro, solius naturæ beneficio exclusæ, evanescunt.

Si igitur eiusmodi evacuandi instrumenta (G. ve naturæ imbecillitate, aliōve vitio partis singularis) ab actione sua impedianter: statim se-
Evacuatio arte promovet, quæ plurimorum malorum causa existit, quibus arte, naturæ ministrâ, præcavendum est.

Hinc errhinis, sternutamentis & masticatoriis, expultricem cerebri facultatem expeditiorem & promptiorem reddimus, ad evacaandas & rejiciendas fuliginosas eiusmodi superfluitates, quæ sine noxa in corpore alijs subsistere nequeunt.

Ventriculum, niimiā vini, cibique, vel aliorum etiam pravorum humorum copiā repletam, inanitione juvamus: naturamq; imbecillam vomitorii arte factis irritamus, & superflua removemus.

Malli reperiuntur, qui ventrem naturā siccum & durum habent, ob quam causam excrementa multa colligunt: quibus omnibus per artem preveniendum est, jusculis, clysteribus, suppositoriis, aliisque similibus, quæ ventrem emolliendi laxandijs facultatem habent.

Ars imitata. Ars præterea suppeditat varia diureticorum
tum natura, & exercitorum genera: balnea item artificiosè
in variis e- præparata, naturalium vim ac virtutem simulante-
raccundi- tia: quæ poris & meatibus cutis aperiendis con-
generibus. ferunt, & in ciendis provocandisq; sudoribus,
naturæ auxiliantur, & hac ratione corpus su-
perfluo vaporum ac excrementorum onere sub-
levant: quorum diuturnior mora alias noxam
inferret.

Plenitudine existente in vasis, artis industriâ
venam secamus, sanguinemq; detrahimus: quo
remedio, si res postulat, haemorrhoidum men-
sumq; suppressionem tollimus.

Hinc patet, quomodo ars imitetur naturam,
cum in variis remediorum preparandorum mo-
dis: tum etiam in aliis rebus pluribus: id quod
suo loco, sectione scilicet sequente, specialius tra-
stabimus, adjunctis simul quibusdam formulis
particularibus.

*Sobrietatis
repletionis
remedium.* Inter alias repletionis causas, principem obti-
net locum crapula: sive nimia cibi ac potus in-
gurgiatio cum otio coniuncta: cui malo me-
dendo, medicamen nullum est potentius sobrie-
tate sive temperantia, cui imprimis studendum
est: non tantum sanitatis tuendæ causa, sed ut &
re, & opere demonstremus, nos homines ratio-
nis participes esse: non verò pecudes, quibus
deteriores, vino ciboque stomachum ad re-
gurgitationem usque se penumero infarcimus,
id quod vel vix in ipsis deprehenditur.

Non autem hic intelligimus illam sobrieta-
tem, quæ vel in universum omnem cibi potusq;
usam

sum tollat, vel certis diebus, quorundam ciborum esu interdicat: quam vulgo jejunium vocari: sed moderatum & frugalem cibi usum innuitas, quo vita sufficienter quidem ac sobrietate sustentetur.

Reputiamus interim atque damnamus omnis generis sumptuosas cœtas sive convivia, aliasq; non necessarias & inutiles expensas, in damage gulae gratiam factas: quæ non minus corporis valetudini, quam animæ saluti plurimum ob-

sint.

Inter cœteras causas vitæ longioris, ad quam patres nostri perveniebant, una vel ex præcipuis erat sobrietas: qui cum frugibus solis velice vitam longentur, hanc virtutem *Frugalitatem* appellarunt: nam & sa-

Sobrietas

vitam lon-

gat

quoniam à parendo alii dixerunt Parsimoniam.

nam conser-

vit.

Nostræ itaq; primi parentes, qui tam longevitatem degebant vitam, non aliis usi sunt alimentis quam liquoribus fructuum, mellis, & lacticiniorum: ita ut usus vini & carnium post diluvium deum sit introductus: anno nimirum, à mundi creatione, bis millesimo ducentesimo quadragesimo secundo: Saturnino enim seculo homines abstinebant carnis, ac solis vescebantur frugibus ac pomis.

At licet vini, carnium, similiumque alimentorum cupidiæ, iam introductæ essent, iis tamen veteres sobriè & frugaliter utebantur: fugientes atque aversantes, tanquam sanitati inferissimæ non solum, sed etiam turpissimam, bonisq; moribus prorsus inimicam, Crapulam & Ebrietatem omnemq; epularum superfluitatem atq; luxuriā.

Marullus

lib.4.cap.2.

Dicar-

chus lib. an-

tig.

Exempla Aegyptiorum reges simplici vescebantur a insignijs se-
bo: ut quorum mensæ nihil præter vitulum &
brietas.

anferem inferretur. Vini certa prescripta erat
mensura, qua neque sarciri venter, neque ine-
briari quis posset. Denique vita eà regebatur
modestia, ut non à legislatore, sed consilio pe-

Diodor lib. I cap. 6. ritissimi medici ad conservandam sanitatem vi-
Xenophon lib. de Re- deretur instituta. Lycurgus legislator Lacedæ-
moniorum, masculo cibi tantum dandum cen-
suit, ne unquam gravari crapulâ, & indigentiam
pub.

Val. Max. lib. 2. c. de Eadem sobrietatis studio maximoperè dediti
instit. antiqu. quendam erant antiquiores Romani: ex qua
Plin. l. 18. c. II. summa rerum felicitate, prosperaque valetudine
fruebantur.

Gula et in- wala. Ut autem ostendamus, quanta mala ex gula
glutries quā nimiaq; ciborum ingestionē proveniant, quæ-
ta pariat exempla in medium proferemus.

Seneca quodam loco in Eunuchos & fœmi-
nas sui seculi invehitur: eo quod mendacii con-
vincant Hippocratem, malieres & Eunuchos
arthriticis doloribus divexari non posse, affir-
mantem: qui tamen temporis successu, luxuria
sua ac nimia intemperantia tam obnoxii redditū
fuerunt, ut cæteri.

Rogatianus Contrà Rogatianus, nobilis quidam senator
luxurie mi- Romanus, mirum in modum commendatur à
micias ac o- Porphyrio: propterea quod acerrimus fuerit
ser. hostis omnis luxus & intemperantiae: qui etiam
singulari sobrietate sua & frugalitate tantum ef-
fecit, ut cum antea arthriticis cruciatibus vehe-
menter ac subinde torqueretur, mox ita conva-
lue-

luerit, ut manuum pedumq; munere non uteretur secus, ac quilibet optimè habens.

Ebrietas vitium apud veteres paſsim tam in *Ebrietates o-*
fame, turpe, & abominabile erat, ut illud tanquam *lira dama-*
perniciosissimum ac pestiferum malum, brutis *ta.*
potius, quam homine dignum censerent: & hinc
omni studio illud fugiendum, dictis ac scriptis
hortarentur.

Vnde Anacharsis quodam die interrogatus,
quo remedio sibi ab ebrietate precaveret? Si sem-
per (*respondebat ille*) praे oculis habeant ebrio- *Eras. lib. 7.*
rum turpisimos & indecoros mores. *apoph.*

Increvit autem hodie adeò luxuria, tamque
commune & frequens gulæ ebrietatisq; vitium,
in pluribus locis grassatur, ut inde ventrem plu-
rimi pro Deo habeant. Vnde proh dolor! mihi
cum Catone conquerendum est, qui cum pop.
Romani luxum censorie coargueret, difficili-
mum esse addebat, verba ventri facere, qui aures
non habeat: ita mihi res hæc plena difficultatis
esse videtur: adeò ut me operam simul & oleum
perdere jam existinem, qui ventri, auribus ca-
renti, verba faciam.

Quorum igitur hoc tempore, quo omnia gu- *Ebrietates no-*
læ & intemperantiae barathro multò profundiūs *strī tempo-*
immersa videntur, quam nunquam antehac, fa- *ris repreben-*
boramus, tam perspicue & ad oculum quasi de- *ditur.*
monstrare, infinitas istas ægritudinum & calamiti-
tatum seaturigines, ex immodica & pecunia ven-
tris ingluvie, promanantes? Siquidem hoc vitiu-
num commune est, & tam altas jam radices egit,
ut vix amplius evelli possit aut eradicari: in aliâ
enim

enim naturam transiit consuetudo. Neque etiam nostri est instituti, hic omnino exactam horum vitiorum reformationem instituere velle: cum non ignorem, illud superare vires meas: sed sufficiat saltem ostendisse, gravia illa & enormia delicta, aliasq; corporis ægritudines, ex vini & ciborum abusu procreari. Hæc enim vitia plerunque repletionem comitantur, non secus ac umbra corpus. His itaque malis, ob hominum oculos positis, prout me, non solum rationibus, sed etiam authoritatibus, & exemplis hinc adductis, nunc fecisse videtis, proculdubio vel his, qui præ cæteris plus pollent animi moderatione & æquitate, occasionem dabit, ut posthac eiusmodi vitia plus quam Vatiniano odio prosequantur, abhorreant & fugiant, & majorēm sanitatis, vitæque conservandæ curam adhibeant.

Vel solum spectaculum hominis, repletionis dominio & imperio subiecti, & undique aequaliter corporis plenitudine quasi turgentis, tam horrendum & terribile est aspectu, ut meritò inde quilibet abhorrere debeat.

Repletionis monstra. Albertus Episcopus VVormatiensis, & frater Rhodolphi Sueviae Ducis, adeò fuit repletus, pinguis, crassus, ventriculosus, adeoq; vorax & ingluviosus, sicut refert Chronica Hirsaugiana, ut aspicientibus horrorem incuteret: atq; ipsa adipis mole tandem suffocatus est.

Heracleotes. Neq; is solus est, qui nimia replete & pinguedine vitae usurâ privatus: sed & Dionysius Heracleotes pari modo ob nimiam pinguedinem & crassitudinem vitam perdidit: cuius etiam

etiam corpus tam extremè plenum, obesum & ventrosum erat, ut nocte dum quiesceret, cogeretur suis lateribus hirudines admovere, quæ tumorem superfluum paulatim exhauiarent, eoq; modo aliquid adimerent de crassitudine.

Cardanus mentionem facit alterius cuiusdam crassi & ventrosi monstri, Sancti videlicet Regis Hispaniarum: qui cum præ nimia obesitate, neque equitare, neque manus circumvertere commode posset, rædio quasi vitæ advocavit medicum quendam celebrem à rege quodam Africæ, à quo curatus fuit ad tempus, semine cuiusdam herbæ, quam Cardanus existimat fuisse linguam avis: sed (addit) seu veneno adiecto, seu mutata ex contrario intemperie corporis, brevi perii.


Epaminondas Thebarum Dux, uti scribit Cœlius, tantoperè odit pingues & obesos, ut tan- 25. ant. leet
quam inutiles exercitu suo relegaret.

Bœoti nimium gulæ dediit, nulla alia de cau- Lib. 13. cap.
sa ab Atheniensibus (ut scribit Plutarchus) ap' ταχκοφαγι.
pellati stulti, hoc est, rerum omnium ignari, quām propter edendi inexplebilem aviditatem, qua
fibi tantam corporis obesitatem accelerarunt.

Euripides scriptis suis testatur, se inter Græcos varia miseriарum genera vidisse: peius autem ac miserior deprehendisse nullum, quām athletarum, qui solummodo servi ac mancipia es-
sent maxillarum & ventrum: ut scribit Cœlius; Lib 7. c. 12.
id quod Hippocrates & Galenus pluribus in lo- ant. leet.
cis in commentariis suis, de hac re, & doctissime, & copiosissime satis confirmant.

DE

*De subtil.**lib. de plantis.**ib.*



DE INANITIONE.

Caput XIV.

Quemadmodum repletionis remedium evacuationem esse diximus, ita inanitionis curam repletione perfici debere, certum est. Sunt autem huius inanitionis duplices potissimum differentiae: una quae ex nimia spirituum resolutione ortum trahit: altera vero ab immodica excrementorum evacuatione procreatur. Resolutionis sive inanitionis spirituum a variis & diversis causulis dependet: vel oritur spirituum subitanè quadam exhalatione, motu aliquo inopinato & repentina, aliòve aliquo animi affectu, ut nimio gaudio, ira aut tristitia concitata. Spirituum huiusmodi inanitionis interdum adeo vehemens est, ut mortem inferat, sicuti supra pluribus exemplis demonstravimus de animi passionibus.

Vnde spirituum inanitione.

Idem spiritus etiam pro etatis ingravescentis & senectutis ratione sensim evaporant & evanescent, unde mors consequitur: quod nulla eget probatione, siquidem id plus quam satis notum est omnibus. Hæc autem spirituum evanescentia non est, nisi abolitio, & consumptio omnis balsami, veri nectaris & olei spiritualis pretiosissimi, quod instar vitalis lampadis tenebricolum corpus illuminat & fovet.

Inanitionis fomentum atque causa existit quoque alimentum, & immoderata humorum evacu-

cua.

evacuationes: quarum differentiae ex varia diversarum partium, generationis modo, & causarum consideratione sumenda sunt.

Altera inanitionis differentia est, quae ab immodica & nimia excrementorum egestione provenit. Hæc similiter variatur ratione meatuum, per quos excretio illa fit, idque vel à motu ipsius naturæ, vel ab eo, qui arte comparatur.

Excitantur autem à motu naturæ, vehementes vomitiones & rejections, ut exempli gratia cholera, quæ nihil aliud est, quam solutio stomachi & ventris, intestinorumque, etiam cum celerrimo periculo. Huius mali causam ipsum nomen prodit, quæ est bilis, sive alias humor mordax, qui facultatem expultricem nimium irritat.

Sunt præterea aliæ evacuationes, quarum origo pendet ab ipsis quoque naturæ motu, ut sunt diversa fluxionum genera, & excrementorum expulsiones per feces, ut sunt diarrhœæ, lienteriæ, & varie dysenteriæ species, & id genus alia: item sudorum & urinarum excretiones, sive illæ sint criticæ, sive non.

Sic quoque evacuationes artis ministerio perficiantur, ut sunt vomitiones, & dejectiones, non modo superiùs per os, sed inferiùs quoque per anum: lassitatem ab antimonio, helleboro, & id genus alii remediis violentis, quibus multi Empirici hodie utuntur, vel potius inconsiderate in multorum ægrorum perniciem abutuntur. Sic præterea sunt hydrotica, diaphoretica, & diuretica medicamenta, quæ sudores & urinas movent: nec non alia, quæ tamen à plerisque medicis,

medicis, sinistrè administrantur, adeò ut etiam hinc magnæ sapenūmero, repentinæ & immo-
dicæ evacuationes eveniant, quæ interdum tam
vehementem & sublatae sp̄irituum inanitionem &
resolutionem inducant, ut non tantum
varia inde & gravissima excitentur symptomata,
sed mors quoque ipsa sapenūmero sequatur.

Vt igitur huiusmodi inanitionibus, vel à sp̄irituum resolutione, sive ab excrementorum e-

*Remedia
contra ina-
nitionem et
resolutionem
sp̄irituum.*

vacuatione ortis, medeamur, in genere opera-
danda est, ut sp̄iritus dissipati reparentur, qui-
buscunque modis id fieri potest, sive bonis &
benignis alimentis, sive etiam medicamen-
tis iis, quæ proprietate & facultate sua, vi-
res instaurant, reficiunt, & naturam corroboran-

Si verò malum ab animi passionibus, ut à ni-
mio gaudio, tristitia, & ceteris ortum fuerit: re-
media huius curationis petenda sunt ex prima
huius tractatus sectione.

Sin vero sp̄irituum resolutio atque inanitione
iat ratione extrema & decrepita & statim eiusmo-
di senes reficiendi sunt roborantibus, paulò libe-
raliori vini usu, salutaribus vitæ elixiris, omni-
busq; iis, quæ vim & facultatem possident sp̄iri-
tus recreandi roburq; parandi.

Sin autem inanitione sp̄irituum facta fuerit pe-
nuria & inopia alimenti, corpusque minus quam
par erat, fuerit nutritum, illud nutrientum erit
omnis generis bonis alimentis. Sed observandum,
ne corpus inanitum subito cibo refaciatur,
sed

sed lente reficiatur tantum , sive seclusus , malum : quia omnis mutatio repentina , periculosa : & reperti sunt , qui nimiam inediām sitiūque perspessi , immodicā ingestionē ciborum , mortem sibi conciliarunt .

Si vero provenit à nimia fluxione sanguinis , aut alterius alicuius humoris , curatio medicamentis , sistendi facultate præditis , institui debet : ut reversionibus , derivationibus , ligaturis . & remedii tam internis , quam externis , qua ad fistendum sanguinem , humorumque fluxum immoderatum idonea sunt .

Si nimia & repentina excrementorum evacuatio eiusmodi inanitionem invehat , illa juxta præcepta & regulas artis cohibenda est . Si igitur infringendus nimius vomitus , aut etiam ventris profluvii vis atque importunitas , interdum vomere & purgare expediet , idque ad causam irritantem tollendam : vomitus enim curatur vomitu , & alvi fluor curatur ex Hippocratis sententia , alvi flore . Sed hic non omittenda sunt corroborantia , & adstringentia , ad coercendum nimium fluxum , vel à natura , vel ab arte irritatum .

Sudores diaphoretici , & urinæ fluxus , qui interdum (dum scilicet nimis immoderatè fluunt) spirituum quoque inanitionis cause existunt , debitissimè appropriatis , & specificis remedii cohiberi & retineri debent : qua in re experti medici prudentia requiritur , ad bene discernendum , num eiusmodi vacuatio sit critica ;

Y

aut

aut si vires dejiciat, vel non? an nimis sit immo-
derata, nec ne? an sit lacesita à natura, vel ab
arte? idque in hunc finem, ut postea administra-
ri commode queant operationes istae, ut sunt
revulsiones, derivationes, corroborations alia-
que remedia huic instituto necessaria, quo-
rum particularem descriptionem
alibi dabimus.



TER-